

turū habuisse: an tanta indolis quanta tuus fuit: iuuenis cito prudens, cito maritus, cito pater, cito omnis officij curiosus, cito sacer. Do omnia tanq̄ prospera. Nulli fere & magna bona & diuturna contingunt. Non durat, nec ad ultimum exit nisi lenta felicitas. Filium tibi dñi immortales non diu dant. Statim tibi talem dederunt, qualis diu effici potest. Ne illud dicere quidem potes, eiectam te a dijs, cui frui non liceret filio. Circumfer per omnē notorum & ignotorū frequentia oculos, occurrent passim. ubiq̄ maiora senserunt, ista magni iudices senserunt principes. Ne deos quidem fabulā imunes reliquerunt, puto ut nostrorū funerum leuamentum esset, etiam diuina concidere. Circumspice, inquam, omnes, nullam miseram nominabis domum, quā non inueniat in miseriore solatiū. Non, mehercule, tam male de moribus sentio tuis, ut putem posse te leuius patī calum tuum, si tibi ingentem numerū ludentium produxero. Maliuoli solatiij genus est turba miserorum. Quosdam tamen referam, non ut scias hoc solere hominibus accidere. (Ridiculum est enim mortalitatis exempla colligere) sed ut scias fuisse multos qui lenierunt aspera ferendo placide. A felicissimo incipiam. Lucius Sylla filium amisit, nec ea res, aut malicia eius & acerrimā uirtutem in hostes ciuesq̄ contudit, aut effecit, ut cognomē illud usurpasse saluo uideretur, quod amisso filio assumpsit, nec odia hominum ueritus quibus male nimis secundā res, constant, nec inuidiam deorum, quorū illud crimen erat, Sylla tam felix, sed istud inter res nondum iudicatas habeatur, qualis Sylla fuerit, & inimici fatebuntur bene illum arma sumpsisse, bene posuisse, hoc de quo agitur constabit, non esse maximū malum, quod etiam ad felicissimos peruenit. Nec nimis admiretur Gracia illum patrē, qui in iplo sacrificio nunciata filij morte tibicinē tantum tacere iussit, & coronā capiti detraxit, cetera rite perfecit.

Pluillus hoc fecit pontifex, cui postem tenenti & capitolium dedicanti mors filij nunciata est, Quam ille exaudisse dissimulans, & solemnia pontificalis carminis uerba concepit, gemitu non interrumpente precatōne, & ad filij sui nomen, Ioue propiciato, Putasles eius luctus aliquem finem esse debere, cuius primus dies, primus impetus ab altaribus publicis, & fausta nuncupatione non abduxit patrem. Dignus mehercule fuit memorabili dedicatione, dignus amplissimo sacerdotio, qui colere deos ne iratos quidem desistit. Idem tamen ut redijt domum, & impleuit oculos, & aliquas uoces flebiles misit, & peractis, quæ mos erat præstare defunctis, ad capitolij hilari redijt uultu. Paulus circa illos nobilissimi triumphij dies, quo uictum ante curram agit Perse in clyti Regis nomen, duos filios in adoptionem dedit, quos si uis seruauerat extulit, quales retentos putas, cum inter commodatos suspitio fuisset. Nō sine motu uacuum Pauli curram, P. R. aspexit. Concionatus est tamen, & agit dijs gratias, quod compos uoti factus esset. Precatum enim se, ut siquid ob ingentem uictoriam inuidia dandum esset, id suo potius q̄ publico damno solueretur. Vides quam magno animo tulerit, orbitati suæ gratulatus est, & qui magis poterat mouere tanta mutatio, solatio simul atq̄ auxilia perdidit. Non contigit tamen tristem Paulum Perse uidere. Quid nunc te per innumerabilia magnorum uirorum exempla ducam? & queram mihi feros, quasi nō difficilium sit inuenire felices? Quæ domus usq̄ ad exitum omnibus paritibus suis constitit, in qua non aliquid turbatum sit? Vnum quibusq̄ animo occupa, & ex eo magistratu cita Lucium si uis Bibulum & C. Cæsarem, uidebis inter collegas & inimicissimos concordem fortunam. Lucij Bibuli melioris q̄ fortioris uiri duo simul filij interfecti sunt. Aegypto quidem militi ludibrio habitū, ut non minus ipsa orbitate, auctore eius, digna res lachrymis esset. Bibulus tamen qui toto honoris sui anno ob inuidiam collegæ domi latuerat, postero die q̄ geminum funus nunciatum est, processit ad solita in publicum officia. Quid minus potest quam unum diem duobus filijs dare? cito liberorum luctum finiuit, qui consulatum anno luxerat. C. Cæsar cum Britanniam peragraret, nec oceano felicitatem suam continere posset, audiuit decessisse filiam publicam secum fata ducentē. In oculis erat iam. Cn. Pompeius non æquo laturus animo quæq̄ alium esse in. R. P. magnum, & modum impositurus incrementis, quoniam grauia illi uidebantur, & cum in cōmune crescerent, tamen intra tertium diem imperatoria obijt munia, & tam cito dolorem uicit, q̄ omnia solebat.

Quid

Quid aliorū tibi funera Cæsarum referam? quos in hoc mihi interim uidetur uiolare fortuna, ut sic quoq̄ generi humano profint ostendentes, Ne eos qui dem qui dijs geniti, deosq̄ genituri dicantur, sic suam fortunam in potestate habere, quemadmodum alienam.

Diuus Augustus amissis liberis, nepotibus exhausta Cæsarum turba, adoptione deserat domum fulsit. Tulit tamen fortiter tanq̄ eius iam res agebatur, cuius maxime intererat de dijs neminē queri. C. Cæsar & quem genuerat, & quæ ad oprauerat amisit, ipse tamē p̄ rostris laudauit filium, stetitq̄ in conspectuposito corpore, interiecto tantummodo uelamento, quod pontificis oculos a funere arceret, & flente P. Ro. non flexit uultum, experiendū se dedit Sciano ad latum stanti, quā patienter possit suos perdere, uides ne quanta copia uirorum maximorū sit, quos nō excepit hic omnia prosternens casus, in quos tot animi bona, tot ornamenta publice priuatimq̄ congesta erant. Sed uide ut in orbem ista tempestas, & sine delectu uassat omnia agit; ut sua. Iube singulos conferre rationē. Nulli contingit impune nasci.

Scio quid dicas, oblitus es fœminā te consolari, uirosq̄ refers exempla. Quis enim dixerit naturā maligne cum mulierib⁹ ingenuis agisse, & uirtutē illarū in arcum retraxisse? Par illis, mihi crede, uigor, par ad honestā libera facultas, dolorem, laborem ex æquo (si consueuerit) patiunt. In qua istud urbe, dijs boni, loquimur, in qua regem Romanis capitibus Lucretia & Brutus deiecerit. Bruto libertate debemus, Lucretiæ Brutū. In qua Cocliam cōtempo hoste, & flumine ob insignem uadaciā tantum non in uiros transferimus, Equestri insidens statua in sacra uia celeberrimo loco Coclia exprobat, iuuenibus nostris puluinē ascendentib⁹, in ea illos urbe sic ingredi, in qua etiam fœminas equo donauimus, qd̄ tibi si uis exempla referri fœminarū, quæ suos fortiter desyderauerunt, nō hostiatim querā, Ex una tibi familia duas Cornelias dabo. Primā Scipionis filiam, Graccorum matrē, duodecim illa partus, totidē funeribus recognoit, & de cæteris facile est, quos nec aditos, ne amissos ciuitas sentit. T. Gracchū & G. quos etiā qui bonos uiros negauerit, magnos fatebit, & occisos uidit & insēpultos, cōsolantibus tamen miserāq̄ dicentibus, Nunq̄, inquit, non felicē me dicam, quæ Gracchos peperit? Cornelia diu Drusi clarissimū iuuenē illustris ingenij uadente per Gracchorū uestigia, impfectis tot rogationibus, intra penates interemptū suos, amisserat, in certo cædis auctore, tamen & acerbam mortē filij, & inultam tam magno animo tulit, q̄ ipse leges tulerat. Iam cum fortuna in gratiā Martia reuerteris, si tela quæ in Scipionis, Scipionūq̄ matres ac filios agit, quibus Cæsares petijt, ne a te quidē cōtinuit, plena & iūsta uarijs casibus uita est, a quibus nulli longa pax, uix induciæ sunt, quatuor liberos sustuleras Martia. Nullum autē frustra sine iniuria damnoue præteruehi. Ad hoc iniquior fortuna fuit, qd̄ non tantū filios eripuit, sed elegit. Nunq̄ tamen iniuriā dixeris ex quo cū potentiore diuidere, duas tibi reliquit filias, & harū nepotes, & ipsum quē maxime luges, prioris oblita, non ex toto abstulit. Habes ex illo duas filias similes patri. Fers magna onera si bene magna solatia, in hoc te perduxit, ut illas cū uideris, admonearis filij, nō doloris. Agricola, euerfis arborib⁹, quas aut uentus radicibus euulsit, aut cōortus repentino impetu turbo p̄regit, sobolem ex illis residuum fouit, & amissarū femina statim plantaq̄ disponit, & momento (Nam ut in damna, ita ad incrementa rapidum uelox tempus est) adolefcunt amissis lætiora. Has nunc Mecij filij tui filias in eius uicē substitue, & uacantē locum exple. Vnū dolorem geminato solatio leua. Hæc quidē natura mortalij est, ut nihil magis placeat, q̄ quod amissum est. Iniquiores sumus aduersus relicta, ereptorum desiderio. Sed si æstimare uolueris, q̄ tibi ualde fortuna etiā cum sauerit pepererit, scies te habere plusq̄ solatia. Respice tot nepotes, duas filias.

Hic illud quoq̄ Martia mouet me si esset cuiq̄ p̄ moribus fortuna, & nunq̄ mala bonos sequerent. Nūc uideo, exempto discrimine, & eodem modo malos bonosq̄ iactari. Graue est tamē quod educaueris iuuenē, iam patri præsidij ac deo amittere. Quis negat graue esse? sed humanū est. Ad hoc genita es ut p̄deres, ut sperares, metueres, alios, teq̄ inq̄tares, mortē & timeres, & optares,

Alit, uidelicet
citra. i. d. h.

& optares, & quod est pessimū, nunq̄ scires cuius esses status. Siquis Syracusas petenti diceret, omnia incōmoda, omnes uoluptates futurae peregrinationis tuae ante cognosce, deinde ita nauiga. Haec sunt quae mirari possis. Videbis primū ipsam insulam ab Italia angusto intercisam freto, quā incontinenti quondā cessisse constat, subito illud mare irrupit, & Hesperium Siculo latus abscidit, deinde uidebis, licebit enim tibi audivissimū maris uertice restringere, stratum illā fabulosam Charybdis aquā, diu ab austro reuocaturā. Aut siquis inde uehementius spirauit hiatu magno profundiq; nauigia forbentē. Videbis celebratissimū carminib⁹ fontem ⁊ Arethufam nuditissimi ac perlucidissimi ad inum stagni, gelidissimas aquas pfundentē, siue illas primū nalcētes inuenit, siue trans flumen integrum subter tot maria, & a confusione peioris uideat seruati reddidit. Videbis portum quietissimū omnium, quos aut natura posuit in tutelam classium, aut adiuit manus, sic tutum, ut ne maximarū quidem tempestatū locus furori sit. Videbis ubi Athenarum potentia fractam, ubi tot milia captiuorū ille excisis, in infinitā altitudinem faxis, Naulius carcer incluserat, & ipsam ingentē ciuitatem & latius territorū q̄ multarum urbium fines sint, lympidissima hyberna, & nullū diem sine interuentu solis, sed cū omnia ista cognoueris, grauis & insalubris aestas, hyberni caeli beneficia corrupit. Erit Dionysius illic tyrannus libertatis, iusticiae legum exitium, dñationis cupidus, etiā post Platonis uitam, etiā post exilium, alios uret, alios uerberabit, alios ob leuem offensam uidebis detrunari, accerlet ad libidinē mares foeminaq; & inter foedos regiae intemperantia greges parum erit simul binis coire. Audisti quid te inuitare possit, quid absterri, proinde, aut nauiga, aut resiste. Post hanc denunciationē, siquis dixisset intrare se Syracusas uelle, satis ne iustam quarela de ullo, nisi de se habere posset? qui non incidit in illam, sed prudens sciensq; uenisset. Dicit omnibus nobis natura, nemine decipio. Tu si filios sustuleris, potes habere formosos, & deformes, sed si fortasse tibi multi nascentē, esse ex illis aliquis tam seruator patriae q̄ proditor poterit, non est quod speres tantā dñationis futuros, ut nemo tibi propter illos maledicere audeat, propone tamē & tantae futuros turpitudinis, ut ipsis maledictū sit. Nihil uetat illos tibi suprema praestare, & laudari te a liberis tuis, sed sic te para tanq̄ in ignē positurus, uel puerū, uel iuuenē, uel senē Nihil em̄ ad rem ptinet anni, quonia nullū non acerbū funus est, qd̄ parens lequit.

Post has leges propolitas si liberos tollis, omni deos inuidia liberas, qui tibi nihil spoponderunt. Ad hanc imaginem aedum totius uitae introitum referamus. Syracusas uisere deliberanti tibi quicquid delectare poterat, quicquid offendere, exposui, puta nascenti me tibi uenire in consilium, intratura es urbem dijs hominibusq; cōmunem, omnia complexam, certis legibus aeternisq; deuinctam, indefatigata caelestium officia uoluentē. Videbis illic innumerabiles stellas, miraberis uno sydere omnia impleri, solem quotidiano cursu diei noctisq; spatia signantē, annum, aestatem, hyememq; aequaliter diuidentē. Videbis nocturnā lunae successione a fraternali occursionibus, lene remissumq; lumen mutuantē, & modo toto ore terris imminētē, ac cessionibus, damnisq; mirabilem, semper proximā dissimilem. Videbis quinq; sydera diuersas agentia uias, & in contrarium praecipiti mundo nitentia, ex horum leuissimis motibus fortunae populorū dependent, & maxima ac minima proinde formant, prout aequum iniquumue sydus incessit, miraberis coniecta nubila, & cadentes aquas, & obliqua fulmina, & caeli fragorem. Cum satiatu spectaculo superiorū in terram oculos deieceris, excipiet te alia forma rerum aliter mirabilis. Hinc camporū in infinitū patentū fusa planicies, hinc montū magnis & nualibus surgentium iugis, erecti in sublime uertices, deiectus fluminū, & ex uno fonte in orientem occidentēq; defusi in amnes, & summis cacuminibus nemora nutantia, & tantum siluarū cum suis animalibus, auiumq; concentu dissono. Varij urbū situs, & seductae nationes locorū difficultate, quarum aliae se in erectos subtrahūt montes, aliae ripis, lacu, uallibus, palude, circumfundunt, adiuta cultu feget, & arbuta sine cultore fertilia, & riuorū leuis inter prata discursus, & amoeni sinus, & littora in portū recedentia, sparsae tot p uastū insulae, quae interuentu suo maria circumdant & distinguūt. Quid lapidū gemmarūq; fulgor, & inter rapidorū torrentiū circum aurū harenis interfluens, & in medijs terris medioc; rursus mari nitens ignium facies, & uinculum

& uinculum terrarū oceanus, continuationē gentium triplici sinu scindens, & ingenti licentia exestuans. Videbis his inquietis, & sine uento fluctuantibus aquis in mari, & excedenti magnitudine terrentia animalia, quaedā grauiā & alieno se magisterio mouent, quaedā uelocia, concitatis pnciora nauigijs & remigijs, quaedā haurientia undas, & magno praenauigantiū periculo effluantia. Videbis hic nauigia, quas nō nouere terras quarentia. Videbis nihil humanae audaciae intentatū, erisq; ei spectatrix, & ipsa pars magna conantū dices. Docebisq; artes illas quae uitam instruant, alias quae ornent, alias quae regant. Sed istic erunt mille corporū & animorū pestes, & bella, & latrocinia, & naufragia & interperies caeli, corporisq; & charissimorū acerba desideria, & mors incerta facilis per poenam cruciatūq;. Delibera tecū, & perpende quid uelis, ut illa inuenias, p illa exequendum est. Respondebis nolle te uiuere. Quid nī? imo puto ad id nō accedes, ex quo tibi aliquid detrahi doles. Viue ergo ut conuenit.

Nemo, inquis, nos consuluit, Consulti sunt de nobis parentes nostri, qui cū conditionē uitae nosset, in hanc nos sustulerūt. Sed ut ad solatia ueniam, uidebis primū quid curandū sit. Deinde quā admodum Mouet lugentē desiderū ei⁹ quem dilexit, id per se desiderabile apparet. Absentes em̄ futuros dum uiuerent nō stemus, q̄uis omnis usus illorū nobis & conspectus ereptus sit. Opinio est ergo quae nos cruciat, & tanti quodq; malū est, quanti illud taxauimus. In nostra potestate remedium habemus. Iudicemus illos abesse, & nos metipsi nō fallamus. Dimissimus illos, imo consecuturi praemisimus, Mouet & illud lugentem, nō erit qui me defendat, qui cōtemptū uindictet, ut minime probabili, sed uero solatio utar. In ciuitate nostra plus orbis confert q̄ eripit. Adeoq; senectutē solitudo, quae solebat destruere, ad potentia ducit, ut quida odia filiorum simulent, & liberos seruent, & orbitatem manuficiant. Scio quid dicas. Non mouent me detrimenta mea, etenim non est dignus solatio, qui filium sibi decessisse sicut mancipiū moleste fert, cui quicq; in filio respicere praeter ipsum ualeat. Quid igitur te Martia mouet? Vtrum quod filius tuus decessit, an qd̄ nō dixit uixit, siq; decessit semper debuisti dolere, semp enim scisti mori. Cogita nullum defunctū malis affici. Illa quae nobis inferos faciunt terribiles, fabula est. Nullas iminere mortuis tenebras, nec carcerē, nec flumina flagrantia igne, nec obliuionis amnē, nec tribunalia, nullos in illa reos libertate tam laxa, nullos iterū tyrannos, luserunt ista poetae & uanos nos agitauerē terroribus. Mors omnīū dolor & solutio est, & finis, ultra q̄ mala nostra non exeunt, quae nos in illam tranquillitatē, in qua anteq̄ nasceremur facuimus, reponit. Si mortuorū aliquis miseretur, & nō natorum misereat. Mors nec bonum nec malū est. Id em̄ potest aut bonū aut malū esse, quod aliquid est, qd̄ uero ipsum nihil est, & omnia ad nihil redigit, nulli nos fortunae tradit. Mala enim bonaq; circa aliqua uersantur materia. Non potest fortuna tenere, quod natura dimisit. Nec potest miser esse, q nullus est. Excessit filius tuus terminos, intra quos seruijt. Exceptit illū magna & aeterna pax, non pauertatis moeta, nō diuitiarum cura, non libidinis per uoluptatē animos carpentis stimulis incessit, nō inuidia felicitatis alienae tangitur, nec suae praemittitur, nec conuictijs quidē ullis uerecundae aures uerberantur, & nulla publica clades conspicitur, nulla priuata, nō sollicitus futuri pendet, & ex euentu semper in deteriora dependenti. Tandē ibi consistit, unde nil eum pellat, ⁊ unde nihil terreat.

O Ignaros malorum suorum quibus non mors ut optimum inuentum natura laudatur, quae siue felicitatem includit, siue calamitatem repellit, siue facietatem, aut lassitudinem senis terminat, siue iuuenile aequum, dum meliora sperantur in flore deducit, siue pueritiam ante duriores gradus reuocat, omnibus finis, multis remedium, quibusdam uotum, de nullis melius merita, quam de his ad quos uenit antequam inuocaretur. Haec seruitutem inuito domino remittit. Haec captiuorum cathenas leuat, carcere educit, quos exire imperium impotens ueterat. Haec exulibus in patriam semper animum oculisq; tendentibus ostendit, nihil inter esse infra quot quisq; faciat. Hic ubi res fortuna male diuisit, & aequo iure genitos, alium alij donauit, exequat omnia. Haec est quae nihil quicquam alieno fecit arbitrio. Haec est in qua nemo humilitatem sensit. Haec est quae nulli paruit. Haec est Martia quam patet

Alt. decuti

Fortasse ne

Alt. Incertiora
Alt. Vbi
percat.

alt a

Altechuia.

Alt. Laxius

Alt. reclusa.

Alt. terrē ig
nium faces.

quam pater tuus concupiuit. Hæc est, inquam, quæ efficit ut nasci non sit supplicium, quæ efficit, ut non concidam aduersus minas casuum, ut seruare animam saluum ac potentem sui possim, habeo quod appellem. Video istic cruce non unius quidem generis, sed aliter ab alijs fabricatas, capite conuersos in terrâ suspendere. Alij per obscena stiptem agerunt, alij brachia patibulo explicauerunt. Video fiduculas, Video uerbera, & membris & singulis articulis singula docuerunt machinamenta & uideo mortem. Sunt istic hostes cruenti, ciues superbi. Sed uideo istic & mortem. Non est molestum seruire ubi si dominum pertesum est, licet uno gradu ad libertatem transire, coram te iura beneficio mortis habeo. Cogita quantum boni oportuna mors habeat, quam multis diutius uixisse nocuerit. Si Cn. Pompeium decus, istius firmamentumque imperij, Neapolis fortuito abstulisset indubitatus populû romanû princeps excesserat. At nunc exigui temporis adiectio, falsi go illum suo depulit. Vidit legiones in conspectu suo casas, & ex illo prælio in quo prima acies senatû fuit, quam infelices reliquit sunt, Imperator ipsum superfuisse, uidit Aegyptum carnificem & sacro sanctum uictoribus corpus fatietati præstitit, etiâ si incolumis fuisset penitentia salutis acturus. Quid enim erat turpius quam Pompeium uiuere beneficio Regis. M. Cicero si eo tempore quo Cælinæ scias deuitauit quibus pariter cum prima petitus est concidisset, liberata Republica conseruator eius, si denique filia sua funus secutus fuisset, tunc felix mori potuit, non uidisset strictos in ciuilia capita mucrones, nec diuisa percussoribus occisorum bona, ut etiam de suo perirent, non hastam consularia spolia uendentem, nec cades, nec locata publice latrocinia, bella, rapinas tantum Cælinarum. M. Catonem si a Cypro & hereditatis regie dispensatione redeuntem mare deuorasset, uel cum illa pecunia, quâ afferebat ciuili bello stipendium, nonne illi bene actum foret: hoc certe secum tulisset nemine aufurum coram Catone peccare. Nunc annorum adiectio paucissimorum uirum libertati non suæ tantum, sed publicæ natum coegit Cæsarem fugere, Pompeium sequi. Nihil ergo mali imatura mors attulit illi. Omnium etiam malorum remisit patientiam. Nihil cito perijt & imaturus, primam puta illi superfuisse. Comprehendere quantum plurimum procedere homini licet, quantum est, ad breuissimum tempus editi cito cessuri loco ueniendi in pacem, hoc respicimus hospicium, de nostris ætatibus loquor quas incredibili celeritate conuolui constat. Computa urbium sæcula, uidebis quam non diu steterint etiam quæ uetustas gloriantur. Omnia humana breuia & caduca sunt infiniti temporis nullam partem occupantia. Terram hanc cum populis, urbibusque, & fluminibus, & ambitu maris puncti loco ponimus, ad uniuersa referentes, minoræ portionem. Aetas nostra quam partem puncti habet, si tempori comparetur omni, Cuius est enim, est maior mensura quam mundi: utpote cum ille se intra huius spatium remetiat. Quid ergo inter est id extendere, cuius quantumcumque fuerit incrementum, non multum aberit a nihilo, imo multum est quod uiuimus, si satis est. Licet mihi uaces, & in moram tardatæ senectutis non uies centenos denosque percenseas annos, Cum ad omne tempus dimiseris animam, nulla erit illa breuissimi longissimi que æui differentia, si inspecto quanto quis uixerit spatio comparaueris, quanto non uixerit, deinde non immaturus decessit. Vixit enim quantum debuit uiuere, nihil enim iam supererat. Non una hominibus senectus est, ut ne animalibus quidem intra, xiiii, quædam annos defatigauit, & hæc illis longissima ætas est, quæ homini prima. Dispar cuique uiuendi facultas data est. Nemo nimis cito moritur, qui uictoribus diutius quam uixit non fuit. Fixus est cuique terminus, manebit ubi positus est, nec illum ulterius diligentia aut gratia promouebit. Scit libenter illum ex consilio perdidisse. Tullit suum, metaque dati peruenit ad æui. Non est itaque quod sic te oneres, potuit diutius uiuere, non est interrupta eius uita, nec unquam se annis casus interiecit. Solutur quod cuique promissum est, eunt ut sua fata, nec adijciunt quicquam, nec ex promisso semel demunt. Et frustra uota ac studia sunt. Habebit quisque quantum illi dies primus ascripsit, ex illo quo primum lucem uidit iter mortis ingressus est. Accessitque fato propior, & illi ipsi qui adijcebantur adolescentiæ anni, uita detrahebant. In hoc omnes errore uersamur, ut non putemus ad mortem, nisi senes inclinatosque iam uergeri, cum illo infantia statim & iuuenta omnino ætas ferat. Auguria opus suum, fata nobis sensum nostræ necis auferunt, quoque facilius obrepit mors, sub ipso uita noie lateret. Infantem in se pueritia conuertit.

Pueritia

Pueritia pubertas, iuuentutem senectus abstulit. Incremēta ipsa si bene cōputes dāna sūt. Væris Martia nō tādiu uixisse filium tuū quam potuisses. Vnde enim scis an diu tuis illi expedierit, an illi hac morte consultum sit? Quem inuenire hodie potes, cuius res tam bene posita sint & fundata, ut nihil illi, procedenti tempore timendum sit? Labunt humana ac fluunt. Nulla pars uitæ nostræ tam obnoxia aut tenera est, quam quæ maxime placet. Ideoque felicissimam optāda mors est, quia in tanta incōstantia, turbacōe rerum nihil nisi quod præterijt certum est. Quis tibi recepit illud pulcherrimum filij tui corpus, & summam pudoris custodiam. Inter luxuriosæ urbis oculos conseruatorum si potuisset ita morbos euadere, ut ad senectutem formæ illarum perferret decus?

Cogita animi mille labe. Neque enim recta ingenia, qualem in adolescentia spem sui fecerant, usque in senectutem pertulerunt, sed interuersa plerumque sunt, aut seueræ eorum foedior inuasit, & cogit dehonestare speciosa principia. Aut in popinâ uentremque proieci. Summa illis curarum fuit, & esset quod biberent. Adhuc incendia, ruinas, naufragia, lacerationes medicorum, ossa uiuis lentigium, & totas in uisce sua manus demittentium, & non simplici dolore pudenda curantium. Post hæc exilium. Non fuit innocentiôr filius tuus, quam Rutilius Coruncanus, non fuit sapientior quam Socrates, non fuit sanctior quam Cato, qui uoluntario uulnere transfixit pectus. Cum ista desperæris, scies optime cum his agi, quos natura, quia illos hoc manebat uitæ stipendium, cito in tutum recepit. Nihil est tam fallax quam uita humana, nihil tam insidiosum, non, mehercule, quisquam accepisset, nisi daretur inscijs. Itaque felicissimum est non nasci, proximam puto breuitate uitæ defunctos, cito in integrum restitui. Proponere illud acerbissimum tibi tempus, quo Seianum patrem tuum clienti suo, atrio secundo cogiarium dedit. Irascebatur illi ob unum aut alterum liberius dictum, quod tacitus ferre non potuerat. Seianum inter uices nostras, Nec imponi quidem, sed descendere. Decernebant illa statua in Pompeij theatro ponenda, quod exultum Cæsar respiciebat. Exclamauit tunc Cordus, uere theatrum pire. Quis ergo non rumperetur supra cineres Cn. Pompeij constitui Seianum, & in monumentis maximi Imperatoris consecrari? pessimum militem, consecratur subscriptio, & acerrimi cænes, quos ille ut sibi mansuetos, omnibus ferros habere, sanguine humano pascebat, circum latrare etiam hominē illum imperatum incipiunt, quid faceret, si uiuere uellet. Seianus rogandus erat, si mori, filia sua esset inexorabilis, constituit filiam fallere. Vfus itaque balneo, quo populus poneret in cubiculum, se quasi gustaturus contulit, & dimissis pueris quædam per fenestram, ut uideretur adisse, proiecit a cœna. Deinde quasi iâ satis in cubiculo adisset, abstinuit, alteroque die & tertio idem fecit. Quarto ipsa infirmitate corporis faciebat indicium. Complexus itaque te charissima, inquit, filia, & hoc unum tota celatum uita, iter mortis ingressus sum, & iam medium fere teneo. Reuocare me nec debes, nec potes. Atque ita lumen omne præcludi iussit, & se in tenebris condidit. Cognito consilio eius publica uoluntas erat, quod e faucibus audissimum luporum educeretur præda. Accusatores, Seiano auctore, adeunt consulum tribunalia, quaruntur mori Cordum ut interpellarent quod coegerant. Adeo illis Cordus uidebat effugere. Magna res erat in quaestione, an mortis rei perderentur, dum deliberatur, dum accusatores iterum adeunt, ille se abstulerat. Vides ne Martia quantæ iniquorum temporum uires ex inopinato incurrant. Flesque quem tuorum mori necesse fuit, pene non licuit.

Rater hoc etiam omne futurum incertum est, & ad deteriora certius, facilius ad superos iter est animis cito ab humana conuersatione dimissis. Minus enim feris ponderis traxerunt antequam obducerentur, & alius terrena conciperent, liberati, leuiore ad originem suam reuolant, & facilius quicquid est illud absoluti trāfluunt. Nec unquam magnis ingenij chara in corpore mora est. Exire atque erumpere gestiunt, agre has angustias ferunt uagi, per omne sublimes, & ex alto asueta humana despicere. Inde est quod Plato clamat, Sapientis animam totum in morte prominere, hoc uelle hoc meditari, hæc semper cupidine ferri in exteriora tendentem. Quid tu Martia, cum uideres senilem in iuene prudentiam, uictorem omnium uoluptatum animam, emēdatam, carentem uitio, diuicias sine auaritia, honores sine ambitione, uoluptates sine luxuria appetentem

petentem

Alt. Nec illud diligentia ex consilio perdidit.

† Alt. p̄sidū.

† Alt. quo plus uirū

† Alt. abfoluerat. † Alt. in/graunt.

petentem, diu tibi putabas illum sospitem posse cōtingere: Quicquid ad summū uenit, ad exitum prope est. Eripit se aufertq; ex oculis perfecta uirtus. Nec ultimū tempus expectant, quæ in primo maturerunt. Ignis quo clarior fulsit, citius extinguitur. Uiuatior est, qui cum lenta difficilique materia cōmissus, fumoq; demersus, ex fōrdo lucet, eadem enim detinet causa, quæ maligne alit. Sic ingenia quæ illustriora, breuiora sunt. Nam ubi incremento locus non est, uicinus occasus est. Fabianus ait, quod nostris quoq; parentes uidere, puerū Romæ fuisse, statura ingentis uiri, sed hic cito decessit, & moriturum breui nemo nō prudens dixit. Non poterat em̄ ad illā aetate puenire, quā praeceperat. Ita est iudicium imminētis exitij maturitas & appetit finis, ubi incrementa consumpta sunt.

Incipe uirtutibus illum, non annis aestimare, satis diu uiuit, pupillus relictus sub tutorum cura, usq; ad decimū quartū annū fuit sub matris custodia semper, cum haberet suos penates, relinquere tuos noluit. Adolescens statura, pulchritudine, cetero corporis robore castris natus, militiam recusauit, ne a te discederet. Computa Martia q̄ raro liberos uideant, quæ in diuersis domibus habitant. Cogita tot illos perire annos matribus, & p̄ sollicitudinē exigi, quibus filios in exercitu habent. Scies multum paruissse hoc tempus, ex quo nihil pdidisti. Nunc q̄ a conspectu tuo recessit, uis oculis tuis studia formaui excellentis ingenij & aequaturi animū, nisi obstitisset uerecundia, q̄ multoq; profectus silentio pressit. Adolescens rarissimæ formæ in tam magna mulierū turba uiros corruptentium, nullius fœminæ spei se præbuit. Et cum quarundam usq; ad tantā dum puenisset improbitas, erubuit quasi peccasset, quod placuerat. Hac sanctitate morum effecit, ut per admodū dignus sacerdotio uideretur, materna sine dubio suffragatione. Sed ne mater quidem nisi pro bono candidato ualisset, harum contemplatione uirtutum filium geri tantū si nec ille tibi magis uacet. Nunc nihil habet quo uocetur. Nūq; tibi sollicitudini, nūq; meritori erit, quod unum ex tam bono filio poteras dolere, doluisti. Cætera exempla casibus plena, uoluptatis sunt, si modo uti filio scis, si modo quid in illo p̄ciouissimū fuerit intelligis, imago dūtaxat filij tui perijt, & effigies nō simillima. Ipse quidem æternus meliorisq; nunc status est, despoliatus oneribus alienis, & sibi relictus. Hæc quæ uides ossa circum nobis neruos, & obductam cutem uultūq; & ministras manus, & cætera quibus inuoluti sumus, uincula animorum tenebræq; sunt. Obruisti his animus, effugatur, inficitur, arceatur a diuersis, & suis in falsa coniectus, omne illi cum hac carne graui certamen est, ne abstrahatur & fidat, nititur illo, unde dimissus est, ibi illū æterna requies manet, & confusis crassiq; pura & liquida inferentem.

Proinde non est quod ad sepulchrum filij tui curras. Pessima eius & ipsi molestissima istic iacent ossa cineresq;, non magis illius partes q̄ uestes, aliaq; tegumenta corporum. Integer ille, nihilq; terris relinquēs fugit, & totus excessit, paulūq; supra uos cōmorans dum expurgatur, in harentia uitæ situmq; omnis mortalis aui excutit. Deinde ad excessā sublatus, inter felices currit anias. Excipitq; illū cœtus sacer, Scipiones, Catonesq;, utiq; cōtēptores uitæ & mortis beneficij liberi, patres tuos Martia illic nepotem suū, quāq; illic omnibus omne cognatū est, applicat sibi noua luce gaudentē, & uicinatorum syderum meatu docet, nec ex cōiecturis, sed omnī ex uero p̄tus in arcana natura liber ducit. Utq; ignotarum urbium monstratus hospiti gratus est, ita sciscitanti cœlestium causas, domesticus interpret, & in profunda terrarū promittente iuuat. Delectat enim ex alto relicta respicere. Sic itaq; Martia tegere, tāq; sub oculis patris filijq; posita, non illorum quos noueras, sed tanto excellentiorum, & in summo locatorū, erubescere quicq; humile aut uulgare, & mutatos in melius tuos flere, in æterna rerum p̄uasta & libera spacia dimissos, non illos interfusa maria discludunt. Nec altitudo montium aut inuicæ ualles, aut in certa uada Syrtium, tramites plani, & ex facili mobiles, & expediti, & inuicem perijt sunt, intermixtiq; syderibus.

Puta itaq; ex illa arce cœlesti patrem tuum Martia, & cui tantū apud te auctoritatis erat, quantū tibi apud filium tuū, nō illo ingenio, quo ciuilia bella defluerunt, quo p̄scribentes in æternū ipse p̄scripsit, sed tanto clarior est, quanto est ipse sublimior dicere, Cur te filia tā longa tenet agridudo? Cur in tāta ueri ignorantia uerlaris? ut inique actum iudices cū filio tuo? Quid in te domus status uita, ipsa ad maio-

f. Ast. Cum ipse se.

ad maiores recepit suos? Nescis quantis fortuna procellis disturbet omnia? q̄ nullis benignam facile se praestitit, nisi qui in unū cum illa cōtraxerat. Reges ne diceres felicissimos futuros, si maturius illos mors stantibus subtraxisset malis. An Romanos duces, quorum nihil magnitudinē deerit, si aliquid ætati detraxeris. An nobilissimos uiros clarissimosq; ad ictum militaris gladij composita ceruice formatos. Respice patrem atq; auum tuum. Ille in alieni percussoris uenit arbitrium. Ego nihil in me cuiq; permisi, & cibo prohibitus ostēdi, q̄ magno me iuuat animo scripsisse, cur in domo nostra diutissime lugetur, q̄ felicissime moritur; cōmis in unū omnes, uidemurq; non alta nocte circūdati. Nil apud uos ut putatis optabile, nil excelsum, nil splendidum, sed humilia cuncta, & grauiā & anxiam, & quotā partē luminis nostri cernentia. Quid dicam? Nulla hic arma mutuis furere conculibus, nec classes classibus frangi, nec parricidia, aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere dies p̄petuos, nihil in obscuro, detectas mentes, & aperta præcordia, & in publico medioq; uitam, & omnis æui p̄spectum, uenientiumq; iuuabit unius sæculi me facta componere in parte ultima mundi, & inter paucissimos gesta, tot sæcula, tot ætatum conrextū & seriem, quicquid annorū est, licet uisere, licet surrectura, licet peritura regna p̄spicere, & magnarum urbium lapsus, & maris nouos cursus. Nam si potest tibi solatio esse desyderij tui cōmune fatum. Nihil cōstat loco stabili, & nihil quo stat loco stabit. Omnia sterneret, adducetq; secum uetustas, nec hominibus solū (Quota enim ista fortuita potentia portio est) sed locis, sed regionibus, sed mundi partibus ludet, tot sup̄primeret montes, & alibi rupes in altum nouas exprimeret, maria sorbebit, flumina auertet, & cōmercio gentium rupto, societate generis humani cœtusq; dissoluet. Alibi hiatus uastis subducat uerbes, tremoribus quatiet, & ex infimo pestilentia halitus mittet, & inundationibus quicquid habitat, obducat. Necabitq; omne aial orbe submerso, & ignibus uastis torrebunt incendetq; mortalia. Et cum tempus aduenit, quo se mundus renouaturus extinguat, uiribus ista se suis cedent, & sydera syderib; incurrent, & omni flagrante materia, uno igne quicquid nunc ex disposito lucet ardebit. Nos quoq; felices animæ, & æterna sorte, cū deo uisum erit iterum ista moliri, labentibus cunctis, & ipsius parua ruina ingētis accessio in antiqua elementa uertemur. Felicem filium tuum Martia, qui ista iam nouit.

Libri de consolatione ad Martiam finis.

LVCII ANNEI SENECAE AD ALBINAM MATREM SVAM DE CONSOLATIONE LIBER VNVS.



SAEPER iam mater optima impetum cepti consolandi te, saepe contui, ut auderem multa me interpellabant. Primū uidebar depositurus omnia incōmoda, cū lachrymas tuas, etiā si sup̄primerem non potuissem, absterissem. Demū plus habiturū me auctoritatis non dubitabam ad excitandā te, si prior ipse cōsurrexissem. Præterea timebam ne a me non uicta fortuna aliquē meorum uinceret. Itaq; ut cūq; conabar manu sup̄ plagam meam imposita, ad obligandā uulnera uestra reptare. Hoc propositum meū erat. Rursusq; retardare, dum recens saeuiret. Sciebā dolori tuo occurrēdū non esse, nec in plura solaria irritatē, & accenderent. Nam in morbis quoq; nihil est magis periculōsum, nec p̄ncipiosum, q̄ imatura medicina. Expectabam dum ipse uires suas frangeret, & ad sustinēdā remedia mora mitigatus, tangi se ac tractari pateretur. Præterea cum clarissimorū omnia ingeniorum monumenta, ad cōpescēdos moderandosq; luctus composita euoluerē, nō inueniebā exemplū eius, qui cōsolatus suos esset, cum ipse ab illis comploraret. Ita in re noua haesitabam. Verebarq; ne hoc non cōsolatio, sed exulceratio. Quid quod nouis uerbis, nec ex uulgari & quotidiana sumptis allocutiōe, opus erat homi ad cōsolandos suos, ex ipso rogo caput alleuari. Ois aut magnitudo doloris modū excedentis, necesse est, ut delectū uerborum eripiat, cum saepe uocem quoq; ipsam intercludat, utcunq; conitar, nō fiducia ingenij, sed quia possum in star efficacissimam consolationis esse consolator. Cui nihil negares, huic hoc utiq; te non esse negaturam (licet omnis moeror contumax sit) spero, ut desyderio tuo uelis a me modum statui.

q 2

Vide

f. Ast. f. Ast.

f. Ast. f. Ast.

f. Ast. f. Ast.

Vide quantum de indulgentia tua promiserim mihi, potentior me futurum apud te non dubito quam dolorem tuum, quo nihil est apud miseros poterius. Ita quod ne statim cum eo concurram. A dero prius illi, & quibus exciet ingeram, quam feram, & rescindam quae iam obducta sunt. Dicit aliquis, quod hoc genus est conolandi, oblitera erat mala reuocare, & animu in omnium erumnarum suarum conspectu collo care, uix unius patiens. Sed cogitet quaecumque usque eo perniciosa sunt, ut contra remedia con ualuerint, plarumque contrariis curari. Omnes itaque luctus suos, omnia lugubria admo uebo. Hoc erit non molli uia mederi, sed urere ac fecare. Quid coequeat ut pudeat animu, tot miseriarum uictorum, agre ferre unum uulnus in corpore tam cicatricoso. Fleat itaque diu utus & gemat, quorum delicatas mentes eneruauit longa felicitas, & ad leuissima uisum iniuriarum motus collabantur. At quorum omnes anni per calamitates transierunt, grauissima quoque forti & imobili constantia perferant. Vnum habet assidua infelicitas bonum, quod quos saepe uexat, nouissime indurat. Nullam tibi uacationem dedit a grauissimis luctibus, nec natalem quidem tuum excepit. Amisisti matrem statim nata, imo dum nasceris, & ad uitam quodammodo exposita, creuisti sub nouerca, quam tu quidem omni obsequio, & pietate, quanta uel in filia conspici potest, matrem fieri coegisti. Nulli tam magno constitit & bona nouerca. Auunculum indulgentissimum, optimu ac fortissimu uirum, cum aduentum eius expectares, amisisti. Et ne scuitiam suam fortuna leuiore deducendo faceret, intra tricesimu diem, charissimu uirum tuum, ex quo mater trium liberorum eras, extulisti. Lu genti tibi luctus nunciatus est, omnibus quidem absentibus liberis quasi de industria in id tempus coeactis malis tuis, ut nihil esset ubi ferre dolor tuus inclinaret, traiecit tot picula, tot merita, quos sine interuallo uitae incurtantis perulisti, mo in eundem sinu ex quo tres nepotes misereras, ossa trium nepotum recepisti. Intra uigesimu die, tu quae filiu meum in manibus & in oculis tuis mortuu funeraueras, raptu me audisti. Hoc adhuc defuerat tibi lugere uiuos.

Grauissimu est ex omnibus, quae unquam in corpore tuum descenderunt, reues uul nus fateor non summam cutem tenet, rupit percutus, & uiscera ipsa diuisit, sed quem admodum Tyrones leuiter sauci non uociferant, & manus medicorum magis quam ferru horrent. At ueterani quibus cosolui patiens ac sine gemitu uelut aliena corpora excoriari patiuntur. Ita tu nunc debes te fortiter praebere curatioui. Lamentationes quidem & ululatus, & alia per quae insciae mulieres tumultuant, amoue. Perdidisti enim tot mala, si non dum misera esse didicisti, quod & uideor non tecum timide egisse, cum nil tibi subdixi ex malis tuis, sed omnia coaceruata ante te posui. Magno id animo feci. Constitui enim uincere dolore, dolorem tuum non circumscribere.

Vincam puto primu, si ostendero nihil me pati, propter quod possim dici miserum. nedom propter quod miseros etiam quos contingam faciam. Deinde si ad te transiero, & probauro, ne tuam quidem grauem esse fortunam, quae tota ex mea pendet, hoc prius aggrediar, quod pietas tua audire gessit, nihil mali esse mihi, sin hoc tibi demonstrare non potero, ipsas res quibus me putas premi non esse intolerabiles, faciam manifestum. Sin id credi non potuerit. At ego mihi ipse satis placebo, quod inter eas res beatus ero, quae miseros solent facere. Non est quod de me alijs credas ipse tibi, ne quid in certis opinionibus perturbabis, iudico me non esse miseru. Adijciam, quo securior sis, nec fieri quidem me posse miserum.

Bona conditione conditi sumus, si eam non deseruimus. Id egit rerum natura, ut ad bene uiuendum non magno apparatu opus esset. Vniuersisque facere se beatum potest. Leue momentu in aduenticis rebus est, & quod in neutram partem magnas uires habeat. Nec secunda sapienter euehunt, nec aduersa demittunt. Laborat enim semper, ut in se plurimu poneret, intra se omne gaudiu peteret. Quid er go: sapienter me esse dico: Minime. Nam id quide, si piteri possem, non tantu negarem miseru me esse, sed oium fortunatissimu, & in uicinu deo pductum predicare. Nunc quid fati est, ad oes miseras lenendas, sapientibus uiris me dedi, & nodum in auxilium mei ualidus, in aliena castra con fugi, eoru scilicet, qui facile se & sua tuerunt. Illi me iusserunt stare assidue, uelut in praesidio positum, & oes conatus fortunae, & oes impetus prospicere, multo antequam incurrant. Illis grauis ipsa fortuna est, quibus est repentina. Facile ea sustinere pot

stinere potest, qui semper expectat. Nam & hostium aduentus eos prostermit, quos inopinante occupauit. At qui futuro se bello ante bellum paraauerunt, compositi & adaptati primu, qui tumultuosissimus est, ictum facile excipit. Nunquam ego fortuna credidi, etiam si uideretur pacem agere, omnia illa quae in me diligentissime conferebat pecuniam, honores, gloriam, eo loco posui, unde posset ea sine motu meo repetere. Interuallum inter me & illam magnu habui. Itaque abstulit illa, non auulsit. Neminem aduersa fortuna commiuit, nisi quem secunda decepit. Illi qui munera eius uelut sua & perpetua amaauerunt, qui se propter illa suspici uoluerunt, iacent & merent, cum inualidos & pueriles animos ois solida uoluptatis ignarus, falsa & mobilia oblectamenta desituunt. At ille qui se letis rebus non inflauit, nec mutatis contrahit, aduersus utrumque statim inuictum animu tenet, explorata iam firmitatis. Nam in ipsa felicitate quid contra infelicitatem ualeret, est exper tus. Itaque ego in illis quae omnes optant, existimaui semper nihil ueri boni inesse. Cum inania & speciosa ac decepturo furo circumlita, inueniantur, nihil habentia fronti suae similia. Nam in illis quae mala uocantur, nihil tam terribile ac durum inuenio, quam opinio uulgi minabatur. Verbum quidem ipsum, per suauis quadam, & consensu iam alperius ad aures uenit, & audientes tanquam triste & execrabile ferit, ita enim populus iussit. Sed populi scita ex magna parte sapientes abrogant.

Remoto igitur iudicio plurium, quos prima rerum facies utcumque credita est, au fert. Videamus quid sit exilium, nempe loci commutatio est. Angustare uideor uim eius, & quicquid pessimu in se habet subtrahere. Hanc commutationem loci sequuntur incommoda, paupertas, ignominia, contemptus. Aduersus ista postea consistam. Interim primum illud intueri uolo, quid acerbi afferat ipsa loci commutatio. Carere patria intolerabile est. Aspice aegidum hanc frequentiam, cui uix urbis immensa tegeta sufficit. Maxima pars illius turbae patria caret, ex municipijs & colonijs suis, ex toto denique orbe terrarum confluerunt, alios abducit ambitio, alios necessitas officij publici, alios imposita legatio, alios luxuria, opulentum, & oportunum uitae locu quarens, alios liberalium studiorum cupiditas, alios spectacula. Quosdam traxit amicitia, quosdam industria, latam ostendenda uirtuti nata materia, quidam uenale formam suam artulerunt, quidam uenalem eloquentiam. Nullum non hominum genus concurrat in urbem, & uirtutibus & uitae magna praemia ponent. Iube omnes isto ad nomen citari. Et unde domo quam sit, quare. Videbis maiorem partem esse, quae relictis sedibus suis uenerit in maximam quidem ac pulcherrimam urbem, non tamen suam. Deinde ab hac ciuitate discede, quae ueluti communis patria potest dici, omnes urbes circumi. Nulla est ubi magna parte peregrinae multitudinis non inuenias. Nunc transiliens ab ipsis, quarum amoenitas positio & oportunitas regionis plures alluciet, deserta loca, & asperrimas insulas. Ciatum & Symphum Giarum & Goristam pete. Nullum inuenies exilium, in quo non aliquis animi causa moretur. Quid tara nudum inueniri potest: quid tam obrutum undique, quam hoc saxum: quid ad copias respiciendi ieiunius: quid ad homines immatuus: quid ad ipsum loci situm horridius: quid ad coeli naturam imtemperatius: plures tamen hic peregrini quam ciues sunt & consistunt. Vis ergo commutatio ipsa locorum grauis non est, ut hic quoque locus a patria quosdam abduxerit. Inuenio qui dicant inesse naturalem quandam animis irrationem commutandi sedes, & transferendi domicilia. Mobilis enim & inquieti mens homini data est. Nunquam se tenet, spargitur, & cogitationes suas in omnia nota atque ignota dimittit, uaga & quietis impatiens, & nouitate rerum latissima, quod non miraberis, si propriam eius originem aspexeris, non ex terreno & graui concreta corpore, ex illo coelesti spiritu descendit. Coelestium autem natura semper in motu est. Fugit, & uelocissimo cursu agit. Aspice sidera mundi illustrata. Nullum eorum perstat, Labitur assidue, & locu ex loco mutat, quibus cum inuierfo uerfatur in contrarium, nihilominus ipsi mundo refertur, per omnes signorum partes discurrat perpetua eius cogitatio, & aliunde alio commigratio est. Omnia uoluntur. Semper in tumultu sunt, & ut lex & naturae necessitas ordinat alium de alio deferuntur. Cum per certa annorum spacia orbes suos explicuerunt, iterum ibunt per quae uenerunt. Nunc & animu humanu ex isdem, quibus diuina constant, compositum seminiibus, moleste ferre, puta transitum ac migratione, cum de natura assidua & ciuilitatissima commutatioe, uel delectet se, uel conseruet se. A coelestibus aegidum ad humana

conuertere. Videbis gentes, populosq; mutasse sedem. Quid sibi uolunt in medijs Barbarorum nationibus Græcæ urbes: Quid inter Indos, Persasq; Macedonicus sermo: Scythia & totus ille ferarum, indomitariq; gentium tractus. Ciuitates Achaia Ponticis impositas littoribus ostentat. Non ppetuæ hyemis fauicia, non hoim ingenia, ad similitudinē cœli sui horrentia, trāsferentibus domus suas obstituerunt. Athenis in Asia turba est. Miletus ccccc. lxx. urbium populū in diuersa effudit. Totū Italiæ latus, quod inferiori mari alluū maior Græcia fuit. Tuscos Asia sibi uendicat. Tyrj Africam incolunt, in Hispania Poeni, Græci se in Galliam miserūt, in Græciā Galli, Pyreneus Germanosq; transitus non inhibuit, p inuia, p incognita uerlauit se humana leuitas. Liberos coniugelq; & graues senio parentes traxerunt. Alij longo errore iactati, non iudicio eligerunt locū, sed lassitudine proximū occupauerunt. Alij armis sibi ius in aliena terra fecerunt. Quasdam gentes cū ignota peterent, mare haufit. Quidā ibi cōsederunt, ubi illos rerū inopia deposuit, nec oibus eadē causa relinquenti, quærendiq; patriā fuit. Alios excidia urbiū suaz; hostilibus armis elafpos, in aliena spoliatos suis expulerūt. Alios domestica feditio submouit, alios supfluentis populi frequentia ad exonerandas uires emisit. Alios pestilentia, aut frequens terrarū hiat, aut aliqua intolerāda felicitis soli uitia eiecerūt. Quosdā fertilis orā in maius; laute fama corrupit. Alios alia causa exciuit domibus suis. Illud itaq; est manifestū. Nihil eodem loco mansisse quo genitum est. Assiduus humani generis discursus est. Quotidie aliquid in tam magno orbe mutatur. Noua urbium fundamenta iaciuntur. Noua gentium nomina, extinctis nominibus prioribus, aut in accessionē ualidioris cōuersis, oriuntur. Omnes autem istæ populorū transformationes, quid aliud q; publica exilia sunt?

Vid tā lōgo te circuitu traho: Quid interest enumerare Anthenorē Patauij conditorē: & Euandru in ripa Tyberis regna Arcadū collocantē: Quid Diomedē, aliosq; quos Troianū bellū uictos simul uictoresq; p alienas terras distipauit: Romanū imperiū nempe auctore exulem respicit, quē pfugum, capta patriā, exiguas reliqas trahentē necessitas, & uictoris metus lōginqua quærentē in Italiā deducit. Hic deinde populus qd Colonias in oēs puincias milit, ubicunq; uicit, Romanus habitabat, ad hanc cōmutationē locoꝝ libenter noia dabat, & relictis aris suis trans maria sequebat. Colonus senex. Res qdē nō desyderat patriā enumeratiōnē. Vnū tamē adijciā, qd in oculos se ingerit. Hæc ipsa insula sape iā Colonos mutauit.

Vt antiquiora quæ uetustas obduxit transeā, horrore relicta, Graj q nunc Massiliam colunt, prinus in hac insula cōsederunt. Ex qua quid eos fugauerit incertum est, Vtrū cœli grauitas, an præpotentis Italiæ cōspectus, an natura importuosi maris. Nam in causa non fuisse feritatis accolas, eo apparet, qd maximum cōuersione Græcorum, Ligurumq; primo desciuit. Deducat deinde sunt duæ ciuium Romanorum Colonia: Altera a Mario, altera a Sylla. Toties huius aridi & spinosi saxi mutatus est populus, uix deniq; inuenies ullam terram, quam etiā nūc in diginæ colant. Permixta omnia & instituta sunt. Alius alij successit, hic concupiuit, quod alij fastidio fuit. Ille unde expulerat, eiectus est. Ita fato placuit, nullius rei eodem semp loco stare fortunā. Aduersus ipsam mutationē locoꝝ detractis certis incommodis, quæ exilio adharēt, satis hoc remediū putat Varro doctissim? Romanosq; inq; Quocūq; uenimus eadē res; natura uendū est. M. Brutus satis hoc putat, qd licet in exilium euntibus uirtutes suas ad locum ferre secū, ad quem migraturi sunt. Hæc etiā si quis singula parum iudicat efficacia ad consolandū exulē. Vtraq; in unū collata fatebit plurimū posse, quantulū em est quod pdidimus. Duo quæ pulcherrima sunt, quocūq; nos mouerimus, sequent. Natura cōmunis & ppria uirtus. Id actū est, mihi crede, ab illo. Quisq; formator uniuersi fuit, siue ille deus est potens oim, siue incorporalis ratio ingentiū operū artifex, siue diuinus spiritus p oia maxima ac minima, aequali intentione diffusus, siue fatum & mutabilis caulatū inter se coherentium series. Id, inquam, actū est, ut in alienū arbitrium, nisi uilissima quæq; non caderent. Quicquid optimū hominī est, id extra humanā potentiam iacet, nec dari nec eripi potest. Mundus hic, quo nihil neq; maius, neq; ornatus rerum natura genuit.

Animus

Animus contempletor, admiratorq; mundi, pars eius magnificentissima, propria nobis, & perpetua, tamdiu nobiscum mansura, quādiu ipse manebimus. Alacres itaq; & erecti quocūq; res tulerit, intrepidū gradu properemus.

Metiamur quascūq; terras, nullū inueniri, & illū intra mundū esse alienū hominī est. Vnde cūq; ex aequo ad cœli erigit acies, paribus interuallis oia diuina ab oibus hūanis distant. Proinde dū oculi mei ab illo spectaculo eius insatiabiles sūt, nō obducant, dū mihi lunā solemq; intueri liceat, dū cæteris in harere lyderibus, dū ortus eoz; occulas, interuallaq; & causas inuestigare uelocius meandi, uel diu spectare, tot p nōstem stellas micantes, & alias immobiles, alias non in magnū spaciū exeuntes, sed intra se circūagentes suū uestigium, qualdā subito erūpentes, qualdā igne fuso pstringentes aciem, quasi decidant uel longo tractu cū luce multa præteruolātes. Dum cū his sim, & celestibus (qua homi fas est) immiscear, dū animū ad cognatā rerū cōspectū tendentē, in sublimi semp habeā, quantū refert mea qd calcem? Atq; nō est hæc terra frugifera; aut latatū arborum ferax. Nō magnis & nauigabilibus fluminū alueis irrigatur, Nihil gignit, quod alia gentes petāt. Vix ad tutelā incolentū fertilis. Nō preciosū hic lapis cadit. Non auri argentiq; uenæ eximunt. Angustus animus est, quem terrena delectant. Ad illa adducendus est, quæ ubiq; æque apparent, ubiq; æque splendēt, & hoc cogitandū est, ista ueris bonis per falsa & praua credita obstare, quo longiores porticus expedierint, quo altius turres iustulterint, quo latius uicos correxerint, quo depressius æstiuos specus foderint, quo maiori mole fastigia cœnationum subdlexerint, hoc plus erit qd illis cœlum abscondat. In eam te regionem casus eiecit, in qua latissimum receptaculum casa est. Næ & tu pusillū animus es & sordide se consolantis, si non id fortiter pateris, quæ Romuli casam nosti. Dic illud potius. Istud humile tuguriū nempe uirtutes recipit. Tam omnibus temple formosus erit, cū illic iusticia cōspecta fuerit, cū prudētia, pietas oim officioꝝ recte dispensan dorū rō, hūanorū, diuinorūq; scientia. Nullus angustus est locus, qd hanc tā magnarū uirtutū turbā capit, nullū exiliū graue est, in quo licet cū hoc ire comitatu. Brutus in eo libro quē de uirtute cōposuit, ait, se uidisse Marcellum Mitylenis exulante, & quantū modo natura hois pateret, beatissime uiuente, neq; unq; bonarū artium cupidiorē q; illo tēpore. Itaq; adijcit uisum sibi se magis in exiliū ire, q sine illo rediturus esset, q; illū in exilio relinqui. O fortunatiore Marcellū, eo tēpore quo exilium suū Brutus approbauit, q; quo R. Po. consulatū rexit. Quantus uir ille fuit, qui effecit ut aliquis exul sibi uideretur, quod ab exule recedebat. Quantus uir ille fuit, qui in admiratiōne sui adduxit hominē, etiā Catoni suo mirandū. Idē Brutus ait. C. Cæsarem Mitylenas præteruictū, quia nō sustineret uidere defortunatū uirū. Illi quidē reditū impetrauit senatus, publicis precibus tā sollicitus ac mœstus, ut oēs isto die Bruti habere animū uiderentur, & nō pro Marcello, sed pro se deprecari, ne exules essent, si sine illo fuissent, sed plus multo cōsecutus est, quo die illū exulē Brutus relinquere nō potuit, nec Cæsar uideret. Contigit em illi testimonium utriusq;. Brutus sine Marcello reuerti se doluit, Cæsar erubuit. Non dubitas quin semp ille Marcellus tātus uir sic ad tollerandū æquo animo exiliū sine sape adortatus sit, qd patria carere non est miserū. Ita te disciplinis imbuisti, ut scires omnē locum sapienti uiro patriā esse, porro hic qui te expulit, non ipse p annos decē continuo patria caruit, ppagandi sine dubio imperij causa, sed nempe caruit, nunc, ecce trahit illum Africa resurgenti belli nimis plena, trahit Hispania, quæ fractas & afflictas partes refouit, trahit Aegyptus infida, totus deniq; orbis qd ad occasionē concussit imperij intētus ē, cui primū rei occurret, cui parti se opponeret. Aget illū p oēs terras uictoria sua. Illum suspiciant & colant gentes, tu uiue Bruto miratore cōtentus. Bene ergo exiliū tulit Marcellus, nec quicq; in animo eius mutauit loci cōmutatio, q; uis eū paupatas sequere tur, in qua nihil mali esse (quisq; modo nondū puenit in infaniā, oia subuertētis auaricia atq; luxuria) intelligit, quantulū est em, qd in tutelā hominis necessariū sit, & cui deesse hoc potest, ullo modo uirtute habenti. Quod ad me quidē ptinet, intelligo me nō opes, sed occupationes perdidisse, corporis exigua defyderia sunt, frigus submouere uult, alimentis famem ac sitim extinguere, quicquid extra cōcupiscitur, uitijs nō uilibus laboratur, nō est necesse omne pscrutari profundū, nec strage animalū uentrem onerare, nec cōchylia ultimi maris ex ignoto litore erucere. Dij istos Deoz; perdat, quorum luxuria tam

q 4 inuidiosi im-

forte My
fia.

Yast lau
daz.

† Afr Nullū
inuenire in
tra mundū
est, alienū
opus est.

Brutus

iro

inuidiosus imperij fines transcedit, ultra Phasim cape uolunt, quod ambitiosam popinam instruat, nec piget a Parthis, a quibus nondum poenas reperimus, aures petere. Vndique conuehunt oia uota fastidienti gula. Quod dissolutus delitij stomachus uix admittat, ab ultimo portat Oceano, uomunt ut edant, edunt ut uomant, epulas, quas toto orbe conquirunt nec concoscere dignantur. Ista si quis despicit, quod illi paupertas nocet, si quis concupiscit, illi paupertas etiam aliquid prodest: inuitus enim sanatur, & si remedia non coactus quod recipit, initerim certe dum non potest illa, nolentis similis est. C. Caesar Augustus, quem mihi uideat rerum natura edidisse, ut offederet quid summa uirtus in summa fortuna possent, centies sestertio cœnauit uno die, & in hoc oim aditus ingenio, uix tamē inuenit quomodo trium puinciarum tributum una cœna fieret. O miserabiles, quorum palatum nisi ad preciosos cibos non excitat. Preciosos autem, non eximius sapor aut aliqua faucium dulcedo, sed raritas & difficultas parandi facit. Alioquin si ad sanam illi mentem placeat reuerti, quid opus est tot artibus uentri seruientibus: quid mereatur his: quid uastatione siluarum: quid profundis perscrutatio: passim iacent alimenta, quae rerum natura omnibus locis disposuit, sed hic uelut caeci transeunt, & omnes regiones peruagantur, maria traiciunt, & cum famem exiguo cibo possint sedare, magno irritant.

Liber discere, quid deducitis naues: quid manus, & aduersus feras & hoies armatis: quid tanto tumultu discurritis: quid opes opibus aggeritis: Non uultis cogitare, quae parua uobis corpora sint, nonne furor & ultimus mentis error est, cum tam exiguum capias, cupere multum, licet itaque augeatis census, promoueatis fines, nunquam tamen corpora uestra laxabit, cum bene cesserit negotiatio, multum militaria retulerit, cum indagati undique cibi coerint, non habebitis ubi istos apparatus uestris colloctis, quod tam multa conquiritis: Maiores nostri, quorum uirtus etiam nunc uirtus nostra sustentat, infelices erant, qui sibi manu sua parabant cibum, quibus terra cubile erat, quorum teeta nondum auro fulgebant, quoque templam nondum gemis renitebant. Itaque nunc per fictiles deos religiose iurabant, quod illos inuocauerant, ad hostem morituri, ne fallerent, redibant. Sed minus beate uidebat dictator noster, quod Samnitum legatos audit, cum uilissimum cibum in foco ipse manu sua uerserat. Illa qua iam saepe hostem percusserat, laureamque in capitolini Iouis gremio reponerat. Atqui Apicius nostra memoria uixit, qui in ea urbe, ex qua aliquando philosophi uelut corruptores iuuentutis abire iussi sunt, scientiam popinae professus, disciplina sua sacculum infecit, cuius exitum nosse operae precium est, cum sestertium milies in culina congeuisset, cum tor congiaria principum, & in ingens capitolij uectigal singulis conestationibus haussisset, aere alieno oppressus, rationes suas tunc primum coactus inspexit, super futurum sibi sestertium centies computauit, & uelut in ultima fame uicturus, si sestertio centies si uixisset, ueneno uitam finiuit. Quanta luxuria erat, cui sestertium centies aestas fuit, immo puta pecuniae modum ad rem pertinere.

Sestertium centies aliquis extimuit, & quod alij uoto petunt, ueneno fugit. Illi uero tam prauae mentis homini ultima portio saluberrima fuit. Tunc uenena adest, bibebatque cum imensis epulis non delectaret tantum, sed gloriaretur, cum uirtus sua ostendat, cum ciuitate in luxuria sua conuerteret, cum iuuentute ad imitationem sui sollicitaret, etiam in malis exemplis se docile, haec accedunt diuitias non ad rationem reuocantibus, cuius certi sunt fines, sed ad uirtuosam consuetudinem, cuius imensum & incomprehensibile arbitrium est. Cupiditati nihil est satis, naturae etiam satis est parum. Nulli ergo pauperis exilis incommodum habet, nulli etiam tam inops exilius est, quod non alendo homini abunde fertile sit, an ueste, an domum desideraturus est exul, sed si hoc quoque ad usum tantum desiderabit, neque teetum ei deerit, neque uelamē. Neque enim exiguo tegit corpus, quae alitur. Nihil enim homini natura quod necessarium faciebat, fecit opusum, sed desideret laturam multo cochylis purpuram, in texta auro, uariisque coloribus distincta & artibus. Non fortuna uitio, sed luxu pauper est, etiam si illi quicquid amiserit restitueris, nihil ages. Plus enim restituendo deerit, ex eo quod cupit, quae ex eo quod habuit, si desiderabit aureis fulgentem uas supellectile, & antiquis nobis artificum argentum nobile, a paucorum infania preciosum, & seruorum turbam, quae quibus magna domum angustet, iumentorum corpora diffusa, & coacta pinguescere, & nationum omnium lapides ista congerantur, licet nunquam explebunt inexplebilem animum, non magis quam uisum sufficit humor ad sanandum eum, cuius desiderium non ex inopia, sed ex aestu ardet.

tum uisce

Cum uiscerum oritur, non enim sitis illa, sed morbus est, nec hoc in pecunia tantum, aut alii metis euenit. Eadem natura est in omni desiderio, quod modo non ex inopia, sed ex uitio nascitur, quicquid enim illi cogesseris, non finis erit cupiditatis, sed gradus. Qui continetur itaque se intra naturalem modum, paupertatem non sentiet, qui naturalem modum excedit, eum quoque in summis opibus paupertas sequetur, necessarii rebus exilia sufficiunt, superuacuis nec reterga. Animus est qui diuites facit, hic in exilia sequitur, & in solitudinibus asperrimis. Cum quod tantum satis est sustinendo corpori inuenit. Ipse bonis suis abundat & fruitur. Pecunia nihil ad animum pertinet, non magis quam ad deos imortales, oia ista quae imperita ingenia & nimis corporibus suis abditia suspiciunt, scilicet lapides, aurum, & argentum, & magni leuati quae mensuram orbis. Terrena sunt pondera, quae non potest amare sincerus animus, ac natura suae memor, leuis ipse expers, & quando cumque emissus fuerit, ad summam emicaturus. Interim quantum per moras membrorum, & hanc circumsusam grauenam sarcinam, licet, celestis, & uolucris cogitatione diuina plustrat. Ideoque nec exulare unquam potest liber, & Dijs cognatus, & omni mundo omnique auro par. Nam cogitatio eius circa omne caelum, & in omni ne praeteritum, futurumque tempus immittitur. Corpusculum hoc, custodia & uinculum animi, huc atque illuc iactatur. In hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercentur. Animus quidem ipse sacer & aeternus est, & cui non possit injici manus.

Nec me putes ad leuanda incommoda pauper fati quam nemo graue sentit, nisi qui putat, uti tantum praecipit sapientum. Primum aspice, quanto maior pars sit pauperum, quos nihil notabis tristiores, sollicitioresque diuitibus, imo nescio an eolatiores sint, quo animus eorum in pauciora distrahitur. Transeamus a pauperibus, eam ad locupletes, quae multa sunt tempora, quibus pauperibus similes sunt. Circumfusa sunt peregrinantium sarcinae, & quotienscumque festinantem necessitas itineris exigit, committunt turba dimittit. Militantes quotam parte rerum suarum secum habent, cum omne apparatus castrensis disciplina submoueat, nec tantum conditio illos tempore, aut locorum inopia pauperibus exequat. Sumunt quosdam dies, cum iam illos diuitiarum tedium coepit, quibus humi conent, & remoto auro, argentoque siculibus utantur. Dementes hoc quoque aliquando concupiscunt, semper timent. O quanta illos caligo mentium, quanta ignorantia ueritatis exercet, quam uoluptatis causa imitantur. Me quidem quoties antiqua exempla respexi, paupertatis uti remedium prodest. Quonia quidem eo temporum luxuria prolapsa est, ut maius uitium exulum sit, quam olim patrimonium principum fuit. Vnum fuisse Homero seruum, tres Platoni, nullum Zenoni, a quo coepit Stoicorum rigida ac uiriliter sapientia, satis constat. Num ergo quisquam eos miseros uixisse dicit, ut non ipse miserrimus ob hoc oibus uideatur Menenius Agrippa, qui inter patres ac plebem publice gratia sequa fuit, aere collato funeratus est. Attilius Regulus, cum Poenus in Africa funderet, ad senatum scriptis, mercenarium suum decessisse, ab eo desertum esse rus, quod senatus publice curari dum abesse, Regulus placuit. Fuit ne tanti seruum non habere, ut Colonius eius, Ro. Po. esset Scipionis filiae ex arario dote receperunt, quae nihil illis reliquerat pater, aequum melior cules erat. Ro. Po. tributum Scipioni semel conferre, cum a Carthagine semper exigeret. O felices uiros puellarum, quibus Ro. Po. loco foci fuit, beatiores ne istos putas, quorum Pantomimae decies sestertio nubunt, quam Scipione, cuius liberae a senatu tutore suo in dotem aere graue acceperunt, dedignatur aliquis paupertatem, cuius tam clarae imagines sunt. Indignatur exul aliquid sibi deesse, cum defuerit Scipioni dos, Regulo mercenarius, Menenio funus, cum omnibus illis id quod deerat, ideo honestius suppletum sit, quia defuerat. His ergo aduocatis non tantum tuta est, sed etiam gratiosa paupertas.

Responderi potest, quid artificiose ista diducis, quae singula sustineri possunt. Commutatio loci tolerabilis est, si tantum locum mutes, paupertas tolerabilis est, si ignorantia ei abest, quae sola opprimere anios solet, aduersus hanc quibus me maiorum turbo terrebit. His uerbis utendum erit, si contra unam quamlibet partem fortunae satis tibi roboris est. Idem aduersus oes erit, cum semel animum uirtus indurauit, undique inuulnerabile praestat. Sin auaritia remissit, uehementissima generis humani pestis, moram tibi ambitio non faciet. Si ultimam diem non quasi poenam, sed quasi naturae legem aspicias, ex quo pectore mortis metum eieceris, in id nullius rei timor audebit intrare, si cogitas libidinem non uoluptatis causa homini datam, sed propagandi generis, quod non uiolauerit hoc

rit hoc secretum infixum uisceribus ipsis exitiū, omnis alia cupiditas intactū prateribis. Non singula uitia ratio, sed pariter oia prosterit, in uniuersum semel uincit. Ignominia tu putas quēq; sapientē moueri posse, quia oia in se reposuit, qui ab opinioibus uulgi secessit, plus etiā quā ignominia est mors ignominiosa. Socrates tamē eodē illo uultu, quo aliquando solus, xxx. tyrannos in ordinem redegerat, carcerem intrauit, ignominia ipsi loco detractus, neq; enim poterant carceres uideri, in quibus Socrates erat. Quis ulq; eo ad conspiciendā ueritatē excacatus est, ut ignominia putet. M. Catonis fuisse duplicem in petitione praturā, & consularis repulsam. Ignominia illa praturā & consularis fuit, quibus ex Catone honor habebat. Nemo ab alio contemnitur, nisi a se contemptus est. Humilis & piectus animus fit isti cōtumeliā oportunos, qui uero aduersos fauissimos casus se extollit, & ea mala quibus alij opprimunt, euerit, ipsas miseras insularū loco habet, quando ita afflictū sumus, ut nihil æque magnā apud nos admirationē occupet, q̄ homo fortiter miser. Ducebatur Athenis ad supplicium Aristides, cui quisquis insularū loco hñcebat oculos, & ingemiscēbat, non tanq̄ in hominē iustum, sed tanq̄ in ipsam iusticiā animaduertēter. Inuentus est tamē qui faciem eius inspiceret, poterat ob hoc non moleste ferre, q̄ sciebat neminē id ausurum animi purioris. At ille absterfit faciem, & subridēs ait, comitanti magistratui. Amoue istum, ne postea tam improbe t̄ obstitet, hæc fuit cōtumelia ipsi contumelia facere. Scio quosdam dicere, contemptum nihil esse grauius, mortem ipsis potiore uideri. His ergo respondebo, & exilium sæpe contempitiōe omni carere, si magnus uir cecidit, magnus iacuit. Non magis illum putes cōtemni, q̄ cū adium sacrarum ruina calcantur, quas religiosi æque ac stantes adorant.

Iam ostendit.

Quoniam meo noie nihil habes nihil mater charissima, q̄ te in infinitas lachrymas agat, sequitur ut causæ tuæ te stimulet. Sunt autē duæ, nā aut istud te mouet, q̄ præsidium aliquod uideris amisisse, aut illud, q̄ desiderium ipsum p̄ te pati nō potes. Prior pars mihi leuiter pstringēda est. Noui em̄ animū tuum, nihil in suis prater ipsos amat. Viderint illæ matres, quæ potentiā liberorum muliebrī impotentia exercent, quæ quia fœminis honores nō licet gerere, per illos ambiciose sunt, quæ patrimonium filiorū & exhauriunt & captant, qui eloquentia cōmodō alijs fatigant. Tu liberorū tuorū bonis pluribus gauisa es, minimū uia. Tu libertati nostræ semper imposuisti modū, cū tuæ non imponeres. Tu filiafamilias locupletibus filijs ultro cōtulisti, Tu patrimonium nostra sic administraſti, ut tanq̄ in tuis laborares, tanq̄ alienis abstineres. Tu gratiæ nostræ tanq̄ alijs rebus uteris pepercisti, & ex honoribus nostris nihil ad te nisi uoluptas & impensa pruinuit. Nunq̄ indulgentia ad utilitatē respexit. Nō potes itaq; in crepto filio desiderare, quæ incolumi, nunq̄ ad te pertinere duxisti.

Illo ois consolatio mihi uertenda est, unde uera uis materni doloris oritur. Ego cōplexu filij charissimi careo, non cōspectu eius, nō sermone fruor, ubi est ille, quo uisio tristē uultū relaxassem. In quo oēs sollicitudines meas deposui, ubi colloqa quorūrum in explebilis eram, ubi studia, quibus libentius q̄ fœmina, familiaribus q̄ mater intereram, ubi ille occurſus, ubi matre uisa semp̄ puerilis hilaritas. Ad ijciam istis loca ipsa gratulationū & conuictū, & ut necesse est, esticacissimas ad uexādōs animos recentis conuersationis notas. Nam hic quoq; aduersus te crudeliter fortuna molita est, quod te ante, xij. diem q̄ p̄cussus sum, se curā nec quicq; tale metuentē aggredi uoluit, bñ nos longinquitas locorū diuiserat, bene aliquot annorū absentia huic malo præparauerat, re disti, non ut uoluptatē ex filio p̄ciperes, sed ne cōsuetudinē desiderij perderes, si multo antea fuisses, fortius tulisses, ipso interuallo desiderij molliēte, si uero recessisses, ultimū certe fructum biduo diutius uidentis filij tulisses. Nunc crudele fatū ita cōposuit, ut nec fortunæ meæ interesset, nec absentia assueceres, sed quāto ista duriora sunt, tanto maior tibi uirtus aduocanda est, & uelut cū hoste noto, ac sape ita uicō, acrius est congregiendū, nō ex intacto corpe tuo sanguis hic fluxit, p̄ ipsas cicatrices p̄cussa es, nō est q̄ utaris excusatiōe nois muliebris, cui pene cōcessum est, imo datū in lachrymas ius, nō in em̄um tamē, & ideo maiores decē mēsiū spaciū lugētibus uiros dederūt, ut cum p̄tinaciā muliebris doloris publica cōsuetudine deciderēt, nō phibuerūt luctus, sed finierūt, nā & in finito dolore cū aliquē ex charissimis amiseris affici, stulta indulgentia est, & nimis inhumana duricia. Optimū inter pietatē & irā tēperamētū ē, & sentire desiderij, & opprimere.

Non est

Non est quod ad quasdam fœminas respicias, quarū tristitiam semel sumptam mors finit. Nosti quasdam, quæ amissis filijs, imposita lugubria nunq; exuerūt. A te plus exigita ab initio fortior, nō potest muliebris excusatio contingere: ei, a quo omnia uitia muliebra abfuerunt. Non te maximū sæculi malū impudicitia, in numerū pluriū adduxit. Non gemā te, nō margaritæ fulserunt. Non tibi diuitia uelut maximū generis humani bonū reflexerunt. Non te bene in antiqua & seuera insti tutā domo periculosa etiā probis, peiorū detorsit imitatio, te fecunditatis tuæ, quasi exprobratæ atatem, p̄didit. Nunq; more aliarū, q̄bus ois cōmendatio ex forma petitur, tu melcentē uterum abscondisti, quasi indecens onus, nec intra uiscera tua conceptas spes liberorū elisisti. Non faciē lenocinjs, aut coloribus polluisti, nūq; tibi placuit uestis, quæ ad nihil aliud est exigenda, q̄ ut nuda cōponeret, unicum tibi ornamentū pulcherrimā, & nulli obnoxia ætati forma, maximū decus uisa est pudicitia. Non potes itaq; ad obtinē dum dolorē muliebre nomē prætere, ex quo te uirtutes tuæ seduxerunt, tantum de bes a fœminarū lachrymis abesse, quantū a uirjs, nec fœminæ quidē te sinent intabescere uulneri tuo, sed leuiori necessario morore, cito defunctā iubebit exurgere. Si modo illas intueri uoles fœminas, quas cōspecta uirtus intra magnos uiros posuit. Corneliā ex xij. liberis ad duos fortuna redegit, si numerare funera Corneliæ uelles, amiserat. x. si æstī mare, amiserat Gracchos, fentibus tamē circa se, & factū eius execratiōis interdixit, ne fortuna accularēt, quæ sibi filios Gracchos dedisset, ex hac fœmina debuit nasci, q̄ diceret in concione, Tu matri meæ maledicas, quæ me p̄perit, multo mihi uideēt animosior uox matris. Filius magno æstimabat Gracchorū natales, mater & funera. Rutilia contra filiū secuta est in exiliū, & usq; eo fuit indulgentia cōstricta, ut mallet exiliū pati q̄ desyderium, nec ante in patriā, q̄ cum filio redijt. Eundē iam reducit & in Rep. florentem tā fortiter amittit, q̄ secuta est, nec quicq; lachrymas eius post elatum filium notauit, in ex pulso uirtutē ostendit, in amissio prudentiā. Nā & nihil illam a pietate deterruit, & nihil in tristitia supuacua stultaq; detinuit, cū his te numerare fœminis uolo, quarū uitam semp̄ imitata es, earū in cōcedda cōprimendaq; ægritudine optime sequeris exemplū, scio rē nō esse in nostra potestate, nec ullum affectū seruire. Minime uero etiā qui ex dolore nascitur. Ferox em̄ & aduersus omne remediū cōtumax est, uolumus em̄ interim obruere, & deorare gemitus, p̄ ipsum tamē compositū fictūq; uultū lachrymæ p̄funduntur. Luctus interim aut, gladiatoribus animū occupamus. At illū inter ipsa q̄bus a duocamur spectacula, leuis aliqua desyderij nota subiuit. Ideo melius est illū uincere q̄ fallere. Nā q̄ de luctus & uoluptatibus, & occupationibus abductus est, refugit, & ipsa quiete impetū ad sciendū colligit. At quisq; rationi cessit, in p̄petuū componitur. Non lum itaq; mōstraturus illa, quibus usus multos esse scio, ut peregrinatione te uel longa detineas, uel amœna delectes, ut rationū accipiendarū diligentia, patrimonij administratione multū occupes temporis, ut semp̄ nouo te aliquo negotio implices. Omnia ista ad exiguū momentum prolunt, nec remedia doloris, sed impedimēta sunt. Ego autē malo illū definire q̄ de cipi. Itaq; illo te duco, quō oibus qui fortunā fugiūt, cōfugiendū est ad liberalia studia, illa sanabunt uulnus tuū, illa omne tristitiā tibi euellent, his & si nunq; assueces, nunc utē dum erat, si quātū tibi patris mei antiquus rigor pmisit, oēs bonas artes, nō quidē cōprehendisti, artigisti tamē. Vtinā quidē uirorum optimus pater meus, n mis maiorū cōsuetudini deditus, uoluisset te sapientū præceptis erudiri potius q̄ imbui. Nō parandū tibi nunc contra fortunā esset auxiliū, sed p̄ferendū, p̄pter istas quæ literis nō ad sapiētiam utunt, sed ad luxuriā cōstruūt, minus est indulgere studijs passus, beneficio tamen rapacis ingenij plustq; p̄ tēpore hauisti, laeta disciplinarū oium fundamēta. Nunc ad illas res uertamur, tutā te præstabit illa, cōsolabunt illa, dele stabunt illa, si bona fide animū tuū intrauerint, nunq; amplius intrabit dolor, nunq; sollicitudo, nunq; afflictionis irrita sup̄ uacua uexatio. Et nulli horū patebit pectus tuū. Nam ceteris uirjs iam pridē clusum est. Hæc quidē certissima præsidia sunt, & quæ sola te fortunæ eripere possint, sed q̄ nō dum in illū portū quē studia pmittūt, pueneris, adminiculis q̄bus imitaris opus est, uolo & in terim solatia tua tibi ostendere. Respice fratres meos, q̄ saluis, fas tibi nō est accusare fortunā. In utroq; habes q̄ te diuersa uirtute delectet, alter honores industria consecut⁹ est, alter sapien-

I forte Cōt tam.

alter sapiēter contēpsit. Acquiesce alterius filij dignitate, alterius gēte, utriusq; pietate. Noui fratū meorū intimos affectus, alter in hoc dignitatē excolit, ut tibi ornamento sit, alter in hoc se ad tranquillā quietāq; uitā recepit, ut tibi uacet, bene liberos tuos & in auxilium, & in oblectamentum fortuna disposuit, poteris alterius dignitate defendi, alteri oio fruī. Certabant uitā officijs, & unius desyderium duorum pietate supplebitur, audacter possum promittere, nihil tibi deerit, præter numerum, ab his ac nepotes quoq; respice. M. blandissimū puerum, ad cuius conspectum nulla potest durare tristitia, nihil tā magnū, nihil tam recens in cuiusq; pectore fuerit, quod non circūfusille permulceat, cuius non lachrymas illius hilaritas supprimat, cuius non cōtractum sollicitudine animū illius argutiā soluant, quem non in iocos uocabit illa lasciuia, quem non in se cōuertet & abducat infixum cogitationibus, illa neminē satiatura garrulitas: Deos oro contingat hunc habere nobis supersitem. In me omnis fatorum crudelitas laxata cōsistat, quicquid matri dolendum fuerit, in me trāserit. Floreat reliqua in suo statu turba, nihil de orbitate, nihil de conditione mea quaeratur. Fuerim tantū, nihil amplius doliatur domus pimentum, tene in gremio tuo cito tibi daturam pronepotes Nouatillam, quam sic in me transtuleram, sic mihi ascripseram, ut posset uideri, quod me amisit, q̄uis saluo patre, pupilla & pro me dilige. Abstulit illi nuper fortuna matrem, Hanc tua potest efficere pietas, ut perdidisse se matrem doleat tantum, non & sentiat, nunc mores eius cōpone, nūc formam. Ab his præcepta descendunt, quæ teneris imprimuntur ætatibus, tuis adulescat sermonibus. Ad tuum formetur arbitrium, multum sibi dabis, etiam si nihil dederis præter exemplum. Hoc iam tibi solēne officium pro remedio erit. Non potest animū pie dolentem a sollicitudine auertere, nisi aut ratio, aut honesta occupatio, numerares inter magna solatia patrem quoq; tuum, nisi abesset, nunc tamen ex affectu tuo quid illius intersit cogita, intelliges quanto iustus sit te illi seruari, q̄ mihi impendi, quoties te immodice uis doloris inualerit, & sequi te iubebit partem, cogita. Tu tot quidē nepotes, pnepotesq; dando effecisti, ne unica esses, consummatio tamen ætatis acta feliciter uitæ, uertit illo uno, nefas est te quod uixeris quaeri.

Maximum adhuc solatium tuum tacueram sororem tuam, illud fidelissimū pectus tibi, in quod omnes curæ tuæ pro indiuiso transferunt, illum animū omnibus nobis maternum, cum hac tu lachrymas tuas miscuisti, in hac tu primū respicisti. Illa quidem affectus tuos sequitur. In mea tamen persona non tantum pro te dolet, illius manibus in urbem prolatus sum, illius pio materniq; nutritio per longum tempus æger conualui, illa pro quaestura mea gratiam suam extendit, & quæ ne sermōnis quidem, aut datæ salutationis sustinuit audaciam, pro me uicit indulgentia, uerecundia. Nihil illi seductum uitæ genus, nihil modestia, & in tanta foeminarum petulantiā rustica, nihil quies, nihil secreti & ad ocium repositi mores obtulerunt, quo minus p me etiam ambitiosa fieret, hac est mater charissima solatium, quo reficiaris. Illi quantum potes te iunge, illius arctissimis amplexibus alliga, solent merentes ea quæ maxime diligunt fugere, & libertatem dolori suo quaerere. Tu ad illam te quicquid cogitaueris conser, siue seruare habitum illum uoles, siue deponere apud illam inuenies, uel finem dolori tuo, uel comitem, sed si prudentiam perfectissimæ foeminae noui, non patietur te nihil profuturo moerore consumi, & exemplum tibi suum, cuius ego etiam spectator fui, nabit. Primum uirum amiserat auunculum nostrum, cui uirgo nuperat, in ipsa quidē nauigatione, tulit tamen eodem tempore & luctum, & metum, euitisq; tempestatibus corpus eius naufraga euexit. O q̄ multarum egregia opera in obscuro iacent, sed si huic illa simplex annuerandis uirtutibus contigisset antiquitas, quanto ingeniorum certamine celebraretur uxor, quæ oblita etiam imbecillitatis, oblita etiam firmissimis metuēdi maris caput suum periculis pro sepultura obiecit, & dum cogitat de uiri funere, nihil de suo timuit. Nobilitatur carminibus hominū, quæ se pro cōiuge uicariam dedit, hoc amplius est discrimine uitæ, sepulchrum uiro quaerere, maior est amor, q̄ pari periculo minus redemit, post hoc nemo miratur, quod per sedecim annos, quibus maritus eius Aegyptū obtinuit, nunq̄ in publico conspecta est. Neminem prouincialem in domū suam admittit, nihil a uiro petijt, nihil a se peti passa esse. Itaq; loquax & ingeniosa in cōtumulias præ

fectorū puin

fectorum prouincia, in qua etiam uitauerunt culpam, non effugerunt infamiā, uelut unicum sanctitatis exemplum suspexit, & quod illi difficillimum est, cui etiam periculosi sales placent, omnem uerborum licentiam continuit, & hodie similem sibi, q̄uis nūq̄ speret semper optat, multum erat, si per sedecim dies illam prouinciā probasset, plus est quod ignorauit, hoc non ideo refero ut eius laudes exequar, quas circūscribere potius est q̄ partem transcurrere, sed ut intelligas magni animi esse foemina, quā non ambitio, non auaricia, comites omnis potentia, & pestis, uicerunt, nō metus mortis eam ex armata nauī, naufragium suum spectatē, deterruit, quomodus exanimi uiro honores, non quaereret, quemadmodum inde exiret, sed quemadmodum efferret, huic parē uirtutem exhibeas oportet, & animum a luctu recipies, & id agas ne quis te putet partus tui pœnitere, ceterum quia necesse est cū omnia feceris, cogitationes tamen tuas subinde ad me recurrere, nec quēq; nūc ex liberis tuis frequentius tibi obseruari, nō quia illi minus chari sint, sed quia naturale est manus sapius ad id decurrere quod doleat, qualē me cogites accipere latum & alacrem, uelut optimis rebus, sunt autē optima, quoniam animus omnis cogitatiois expers operibus suis uacat, & modo se leuioribus studijs oblectat, modo ad considerandam suā, uniuersiq; naturam ueri audis insurgit, terras primum sitiq; earū querit. Deinde conditionē circūfusi maris cursusq; eius alternos & reuersus, tūc quicquid inter caelum terrasq; plenū formidinis interiacet respicit, & octone tribus fulminibus uentorum flatibus, ac nimborum niuisq; & grandinis iacet tumultuosum spatium, tunc per agris humilioribus ad summa prorumpit, & pulcherrimo diuinorum spectaculo fruitur, æternitatis suæ memor in omne quod fuit, futurumq; est uadit omnibus sæculis.

Libri Senecæ ad Albinam de consolatione finis.

LVCII ANNEI SENECAE DE INSTITVTIONE AD
LVCILIVM LIBRI EPISTOLARVM VIGINTI DVO.

Epistola prima de colligenda & sistenda fuga temporis,
& non esse pauperem cui etiam modicum latis est.



ITA fac mi Lucili, uindica te tibi, & tempus quod adhuc, aut auferre batur, aut surripiebatur, aut excidebat, collige & serua. Persuade tibi hoc sic esse ut scribo, quādam enim tempora surripit nobis, quādam subducuntur, quādam effluūt. Turpissima tamen est iactura, quæ per negligentiam fit, & si uolueris attendere, magna uitæ pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agētib; Quæ mihi dabis, qui aliquod precium tēpori ponat: q̄ diē æstimet: qui intelligat se quotidie mori: In hoc em fallimur, quod mortem non prospicimus, magna pars eius iam præterijt, quicquid ætatis retro est, mors tenet. Fac ergo mi Lucili quod facere te scribis, oēs horas cōplectere, sic fiet, ut minus ex crastino pendeas, si hodierno manū inieceris, dum differret uita transcurrat. Omnia mi Lucili aliena sunt, tempus tantū nostrum est. In huius rei nimis fugacis ac lubricæ possessionem natura nos misit, ex qua expellitur quicquid uult, & tanta stulticia mortalium est, ut quæ minima & uilissima sunt, certe reparabilia, imputari sibi cum perire patiantur. Nemo se iudicat quicquid debere, qui tempus accepit, cum interim hoc unum est, quod nec gratius quidem potest reddere, interrogabis fortasse, quid ego faciam, qui tibi ista precipio: fatebor ingenue quod apud luxuriosum, sed quod perdam, & quare, & quæadmodum dicam, causas paupertatis meæ reddam. Sic euenit mihi, quod plarisq; non suo uitio ad inopiam redactis, omnes ignoscunt, ne mo succurrat, quid est: Non puto pauperem, cui quantulumcunq; superest est, sat est. Tu tamen malo serues tua, & bono tempore uti incipias. Nam ut uisum est nostris maioribus: Sera parsimonia in fundo est. Non enim tantum minimum in imo, sed pessimum remanet.

Alit annos

Alit morib;

forte & hoc

Alit uenit

quasi procul esse cōijcim;

Sera parsimonia in fundo e;

EPIS TOLA. II. De mutatione locorum, & multiplici uoluminū lectione uitanda, & de cōmendatione paupertatis si lata sit.

EX his quæ mihi scribis, & ex his quæ audio, bonam spem de te concipio, nō dī scuris, nec locorum mutationibus inquietaris, agri animi iactatio ista est. Primum argumentū bene compositæ mentis existimo posse consistere, & secum morari. Illud autem uide, ne ista lectio multorum auctorum & omnis generis uoluminum, habeat aliquid uagum & instabile. Certis ingenijs immorari & innutiri oportet, si uelis aliquid trahere, quod in animo fideliter fedeat. Nusq̄ est qui ubiq̄ est. In peregrinatione uitam agentibus hoc euenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est eis qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed oia curam & pperanter transmittunt. Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. Nihil æque sanitatem impedit q̄ remedium crebra mutatio, nō uenit uulnus ad cicatricem, in quo crebra medicamēta tentantur. Nō conualescit planta quæ sapius transfertur, nihil tam utile est, quod in transitu proficit. Distrahit animum librorū multitudo. Itaq̄ cum legere non possis quantum habueris, fat est habere quantum legas. Sed modo, inquis, hunc librū eoluere uolo, modo illum, fastidientis stomachi est multa degustare, quæ ubi uaria sunt & diuersa coinquinant, non alunt. Probaros itaq̄ semp lege, & si quādo ad alios diuertit liberit, ad priores redi. Aliquid quotidie aduersus paupertatē, aliquid aduersus mortem auxilij compara, nec minus aduersus ceteras pestes. Et cum multa percurreris, unum excerpe, quod illo die cōcoquas. Hoc ipse quoq̄ facio, ex pluribus quæ lego, aliquid apprehendo hodiernum, hoc est, quod apud Epicurū natus sum. Soleo enim & in aliena castra transire, non tanq̄ transfuga, sed tanq̄ explorator. Honeſta, inquit, res est, lata paupertas. Illa uero non est paupertas, si lata est. Cui enim cum paupertate bene conuenit, diues est. Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. Quid enim refert quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat, quantum pascat, aut fœneret, si alieno imminet, si non acquisita, sed acquirenda computat. Quis sit diuitiarū modus quaris. Primus habere qd̄ necesse est, proximus quod sat est. **Vale.**

EPIS TOLA. III. De modo eligendi & colendi amicū, & qd̄ tam uitium est omnibus credere q̄ nulli, sicut uel semp̄ inquietū esse, uel semp̄ quiescere.

Epistolas ad me pferendas tradidisti, ut scribis amico tuo. Deinde admones me ne omnia cum eo ad te pertinentia cōmunicem, quia non soleas, nec ipse quidē hoc facere. Ita eadem epistola illum & dixisti amicū & negasti. Itaq̄ sic prior illo uerbo quasi publico usus es, & sic, illum amicū uocasti, quomodo omnes candidatos, bonos uiros dicimus, quomodo obuios, si nomen nō succurrit, dominos salutamus. Sed si aliquem amicū existimas cui non tantundē credis quantum tibi, uehementer erras, & no satis hosti uim ueræ amicitia. Errat & ille qui amicū in atrio querit in conuiuio probat. Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis suis obſessus, q̄ quod amicos sibi putat, quibus ipse non est. Tu uero omnia cum amico deliberas, sed de ipso prius. Post amicitia credendum est, ante amicitia iudicandū. Isti uero prapostere officia pmiscunt, q̄ cōtra præcepta Theophrasti cū amauerint, iudicāt & nō amant cum iudicauerint. Diu cogita, an tibi in amicitia aliquis recipiendus sit, cum placuerit si eri, toto illo pectore admitte, tam audacter cum illo loquere q̄ tecum. Tu quidem ita uiue ut nihil tibi cōmittas, nisi quod committere etiam inimico tuo possis. Sed quia interueniunt quædam, quæ consuetudo fecit arcana, cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce, fidelem si putaueris, facies. Nam multi fallere docuerunt, dum timent falli, & illius peccandi suspicando fecerunt. Quid est ergo: quare ulla uerba coram amico meo retraham. Quid est: quare me coram illo non putem solum, quidam quæ tantum amicis committenda sunt, obuijs narrant, & in quasi liber aures, quicquid illos urit, exonerant, quidam rursus etiam charissimorum conscientiam reformidant, & si possent, nec sibi quidem credituri, interius præmunt omne secretum, neutrum faciendum est. Vtrumq̄ enim uitium est & omnibus credere, & nulli. Sed alterum honestius dixerim uitium, alterū uitius. Sic utrosq̄ reprehendas, & eos qui semper inquieti sunt, & eos qui semper quiescunt. Nam illa tumultu gaudens, nō est industria, sed exagitate mentis

Toto pectore.

omnes tibi & obuijs

mentis concurſatio. Et hæc non est quies, quæ motum omnem molestiam iudicat, sed dissolutio & languor. Itaq̄ hoc quod apud Pomponium legi, animo tuo, mandabitur, quidam adeo in latebras refugerunt, ut putēt in turbido esse quicquid in luce est. Inter se ista miscenda sunt, & quiescenti agendum, & agenti quiescedum est. Cum rerum natura delibera, illa dicit tibi se & diem fecisse & noctem. **Vale.**

EPIS TOLA. IIII. de emendando, & componendo animo ad contemptum quod magnæ diuitia sunt secundum naturam composita paupertas.

Perſeuera ut cœpisti, & quantum potes propera, quo diutius frui emedato animo & cōposito possis, frueris quidem etiam dum componis, etiā dum emendas. Alia tamen illa uoluptas est, quæ percipitur ex contemplatione mentis ab omni labe puræ & splendida. Tenes utiq̄ memoria, quantum senseris gaudium, cum prætexta posita, sumplisti uirilem togam, & in forum deductus es. Maius expecta, cum puerilem animum deposueris, & te in uirum philosophia transcripserit. Adhuc enim nō pueritia in nobis, sed quod est grauius puerilitas remanet. Et hoc qd̄ peius est, quod auctoritatem habemus senum, uita puerorum, nec puerorum tantum, sed infantium. Illi leuita, hi falsa formidat, nos utraq̄. Prospice modo & intelliges, quædam ideo minus timenda, quia multum metus afferunt. Nullum magnum quod extremū est. Mors ad te uenit, timenda erat si tecum esse posset. Necesse est aut nō perueniat, aut pertranseat. Difficile est, inquis, animum perducere ad contemptum animæ. Non uides q̄ ex frivolis causis contemnatur, alius ante amicæ fores laqueo pependit, alius se præcipitauit e te cō, ne dominum stomachatē diutius audiret, alius ne reduceretur e fuga, ferrum ad agit in uiscera. Non putas uirtutem hoc effecturam, quod effecit nimia formido. Nulli potest secura uita contingere, qui de producenda nimis cogitat, qui inter magna bona multos cōsules numerat. Hoc quotidie meditare, ut possis æquo animo uitam relinquere, quam multi sic complectuntur & tenent, quomodo qui aqua torrente rapiuntur in spinae & aspera. Plurimq̄ inter mortis metum, & uitæ tormēta miseri fluctant, & uiuere non lunt, & mori nesciunt. Fac itaq̄ tibi iucundam uitam, omnem pro illa sollicitudinem deponendo, nullum bonum iuuat habentem, nisi ad cuius amissionem præparatus est animus. Nullius autem rei facilius amissio est, q̄ quæ deſyderari amissa non potest. Ergo aduersus oia quæ accidere possunt etiam potentissimis, adhortare te & indura. De Pompei capite Pupillus & Spado tribuno præbere ceruicem, ipse Chereæ præstitit. Caius Cæſar iussit Lepidum Decio tribuno præbere ceruicem, ipse Chereæ præstitit. Neminem eo fortuna prouexit, ut non tantum illi minaretur quantum promiserit. Noli huic tranquillitati confidere, momento mare euertitur, eodem die ubi luserunt nauigia sorbentur. Cogita posse & latronem & hostem admouere iugulo tuo gladium, ut potestas maior absit. Nemo nō seruus habet in te uitæ necisq̄ arbitrium. Ita dico quisquis uitam suam contempſit, tuæ dominus est. Recognosce exemplum eorum qui domesticis insidijs perierunt, aut aperta uia, aut dolo, & intelliges, non pauciores seruorū ita cecidisse, q̄ regum. Quid ad te itaq̄ q̄ potens sit quem times: cum id propter quod times, nemo nō possit, aut si forte in manus hostiū incidis, uictor te duci iubebit, eo nempe momento quo duceris, quid te ipse decipis. Et hoc nunc primum, quod olim patiebaris intelligis. Ita dico ex quo natus es duceris. Hæc & huiusmodi uerſanda in animo sunt, si uolumus illam ultimam horam placidi expectare, cuius metus omnes alias inquietas facit. Sed ut epistolæ finem imponā, accipe quod hodierno die mihi placuit, & hoc quoq̄ ex alienis hortulis sumptum est. Magnæ diuitia sunt lege naturæ composita paupertas, Lex autem illa naturæ, scis quos nobis terminos statuit. Non esurire, non sitire, non algere, ut famē sitimq̄ depellas. Non est necesse superbia assidere liminibus, nec supercilium graue, & contumeliosam etiam humanitatem pati. Non est necesse maria tentare, nec lequi castra. Parabile est, quod natura deſyderat, & appositum, & ad superuacua sudatur. Illa sunt quæ togam conterunt, quæ nos senescere sub tentorio cogunt, quæ in aliena littora impingunt. Ad manum est, quod sat est. Cui cum paupertate bene conuenit diues est.

ex alienis hortulis sumptū.

EPISTOLA.V. De uitanda hypocrisi, & nimia uitæ districtione.

Quod pertinaciter studes, & omnibus omiſſis, hoc unum agis, ut te quotidie meliorem facias, & probo & gaudeo, nec tantum horror, ut perfereres, sed etiam rogo. Illud autem te admoneo, ne eorum more qui non proficere, sed conspici cupiunt, facias, aliqua quæ in habitu tuo, aut genere uitæ notabilia sint. Asperum, incultum, & intonsum caput, & negligentior barbam, & in dictum argento odium, & cubile humi positum, & quicquid aliud ambitionem peruerſa uia sequitur, deuita. Satis ipsum nomen philosophiæ, etiam si modeste tractetur, inuidiosum est. Quid si nos hominū consuetudini cōperimus excerpere? intus omnia dissimilia sint, frons nostra populo conueniat. Non splendeat toga, nec fordeat quidem. Non habeamus argentum in quo solidi auri celatura descenderit. Sed nō putemus frugalitatis indicium auro argentoq; caruisse. Id agamus, ut meliorem uitam sequamur q; uulgus, non ut contrariam, alioqui quos emendari uolumus, fugamus, & a nobis, auertimus. Illud quoq; efficimus, ut nihil imitari uelint nostri, dum timent, ne imitanda sint omnia. Hoc primum philosophia promittit, sensum cōmunem, humanitatem & cōgregationem, a qua professione nos dissimilitudo separabit. Videamus ne ista per quæ admiratione parare uolumus, ridicula & odiosa fiant. Nempe propositum nostrum est secundum naturam uiuere. Hoc contra naturā est, torquere corpus suum, & faciles odisse mundicias, & squalorem appetere, & cibis non tantum uilibus uti, sed tetrīs & horridis, quemadmodū delicatas res desiderare luxuriæ est, ita uſitatis & non magno parabiles fugere, dementia est, frugalitatem exigit philosophia, non pœnam. Potest autem esse nō incompta frugalitas. Hic mihi modus placet. Temperet uita inter bonos mores & publicos. Suspiciant omnes uitam nostrā, sed non agnoscant. Quid ergo? Eadem faciemus quæ ceteri? Nihil inter nos & illos intererit? Plurimū, dissimiles esse nos uulgo sciat, qui inſpexerit propius, qui domum intrauerit, nos potius miretur q; suppellectilem nostram. Magnus ille est qui fœtibus sic utitur quemadmodum argento, nec ille minor est qui sic argento utitur, quemadmodū fœtibus. Infirmi animi est pati non posse diuitias. Sed ut huius quoq; diei lucellum tecum cōmunicem, apud Catonem nostrū inueni cupiditatum finem, etiam ad timoris remedia proficere. Desines, inquit, timere, si sperare desieris. Dices quomodo ista tam diuersa pariter sunt? Ita est mihi Lucili, cum uideantur dissidere, coniuncta sunt, quemadmodum eadem cathena, & custodem & militem copulat. Sic ista quæ tam dissimilia sunt pariter incedunt. Spem metus sequitur. Nec miror ista sic ire. Vtrumq; pendētis animi est. Vtrumq; futuri expectatione sollicitum. Maxima autem utriusq; causa est, quod non ad præsentiam aptamur, sed cogitationes in longinqua pramittimus. Itaq; prouidentia maximū bonum conditionis humanæ in malum uerſa est. Fera pericula quæ uident fugiūt, cum effugere, securæ sunt. Nos & uenturo torquemur, & præterito. Multa bona nostra nobis nocent. Timoris em̄ tormentū memoria reducit, prouidentia anticipat. Nemo tantū præsentib⁹ miser est. Vale.

EPISTOLA.VI. De malo spei & timoris, & de efficacia exemplaris doctrinæ.

Intelligo Lucili, nō emendari me tantum, sed transfigurari, nec hoc promitto iam aut spero, nihil in me superesse, quod mutandum sit. Quid ni, multa habeam quæ debeant corrigi, quæ extenuari, quæ attolli? Et hoc ipsum argumentum est in melius translatis animi, quod uitia sua quæ adhuc ignorabat, uidet. Quibusdam agris gratulatio fit, cū seipſos agros esse senserunt. Cuperem itaq; tecum cōmunicare, tam sit bitam mei mutationē. Tunc amicitia nostra certio rem fiduciam habere cœpissim, illius ueræ, quam nō spes, non timor, non utilitatis suæ cura diuellit, illius cum qua homines moriuntur, pro qua moriuntur. Multos tibi dabo qui non amico, sed amicitia caruerunt, hoc non potest accidere, cum animos in societatem honesta cupiendi par uoluntas trahit. Quid ni non possit? Sciunt enim ipsos omnia habere cōmunia, & quidem magis aduerſa. Concipere animo non potes quantum momenti afferre mihi singulos dies uideā. Mitte, inquis, & nobis ista, quæ tanta efficacia expertus es. Ego uero cupio in te omnia transfundere, & in hoc gaudeo aliquid discere, ut doceam. Nec me ulla res delectabit, licet eximia sit & salutaris, quam mihi uni sciturus sum, si cū hac exceptione detur sapientia,

tur sapientia, ut illam inclusam teneam, nec enunciem, reiſciam. Nullus boni sine socio iucunda possessio est. Mittam itaq; ipsos tibi libros, & ne multum operæ impendas, dū passim profutura sectaris, imponam notas, ut ad ipsa protinus quæ probo & miror accedas. Plus tamen tibi & uia uox & conuictus, q; oratio proderit. In rem præsentem uel nias oportet. Primum quia homines amplius oculis q; auribus credūt. Deinde quia lōgum iter est per præcepta, breue & efficax per exempla. Zenonem Cleantes non expressisset, si eum tantummodo audisset, uitæ eius interfuit, secreta perpexi, obſerua uit illum, an ex formula sua uiueret. Plato & Aristoteles & omnis in diuersum iter sapientium turba, plus ex moribus q; ex uerbis Socratis traxit. Methodorum, & Erymarchum, & Polenum, magnos uiros non schola Epicuri, sed contubernium fecit. Nec in hoc te accerso tantum, ut proficias, sed ut proſis. Plurimum enim alter alteri confere mus. Interim, quia diurnam tibi mercedulam debeo, quid me apud Heatonem delectauerit dicam, queris, inquit, quid profecerim? Amicus esse mihi cœpit. Multū proficit, qui nunq; erit solus, scito hunc amicum omnibus esse. Vale.

EPISTOLA.VII. de fugiendo turbæ confortio.

Quid tibi uitandum præcipue existimē quæris? turbam, nodū illi te tuto cōmiseris. Ego certe confiteor imbecillitatem meam. Nunq; mores quos extulierefero. Aliquid ex eo quod cōposui turbæ, aliquid ex his quæ fugauit rediit, quæ agris euenit, quos longa imbecillitas usq; adeo afficit, ut nūq; sine offensa pferantur, hoc accidit nobis, quorū animi ex longo morbo inficiunt. Inimica est uitiorum conuersatio. Nemo non aliquod nobis uitium, aut cōmodat, aut im primit, aut nescientibus allinit. Vtiq; quo maior est populus cui cōmiscemur, hoc periculi plus est. Nihil uero est tam damnosum bonis moribus, q; in aliquo spectaculo desiderere. Tunc enim per uoluptatem facilius uitia surrepunt. Quid me existimas dicere? auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, imo uero crudelior & inhumanior, quia inter homines fui. Casu in meridianū spectaculum incidi, lusus spectans, & sales & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant. Contra est quicquid ante pugnatum est, misericordia fuit. Nūc omiſſis nugis mera homicidia sunt, nihil habet quo tegantur, ad ictum totis corporibus expositi, nunq; frustra manum mittunt. Hoc plariq; ordinarijs partibus & postulaticijs, ut in expeditione præferunt. Quid ni præferant, non galea, non scuto repellitur ferrum, quo munimenta, quo arces, omnia ista mores mera sunt. Mane leonibus & urſis homines, meridie spectatoribus suis obijciunt. Interfectores interfectis iubent obijci, & uictorem in aliam detinent eadem, exitus pugnantium mors est, ferro & igne res geritur, hæc fiunt dum uacat arena. Sed latrocinium fecit aliquis, quid ergo meruit? ut suspendatur. Occidit hominem, quia occidit ille meruit, ut hoc pateretur. Tu quid meruisti miser, ut hoc spectes? occide, ure, uerbera, quare tam timide incurritur in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur? Plagis agit in uulnera, & mutuos ictus nudis, & obuijs pectoribus excipiunt. Intermissum est spectaculum, interim iugulatur homines, ne nihil agatur. Age, Ne hoc quidem intelligitis mala exempla in eos redundare qui faciunt? Agite dijs immortalibus gratias, quod cum docetis esse crudelem, qui non potest discere, subducendus populo est tener animus, & parū tenax recti, facile trāsit ad plures. Socrati, Catoni, & Lelio excutere mentem suam dissimilis multitudo potuisset, adeo nemo nostrum quæ maxime concinnamus ingenium, ferre impetum uitiorum tam magno comitatu uenientium potest. Vnum exemplum aut luxuriæ, aut auariciæ, multum mali facit. Conuictor delicat⁹, paulatim eneruat & emollit. Vicinus diues cupiditate irrat, malignus comes, quis candido & simplici, rubigine suam affricuit. Quid tu accidere his moribus credis, in quos publice factus est impetus? necesse est aut imiteris eos, aut oderis. Vtrūq; autē deuitandum est, ne uel similis malis fias, quia multi sunt, neue inimicus multis, quia disti miles sunt. Recede in teipſum quantū potes. Cum his uerſare, qui te meliorem facturi sunt. Illos admittite quos tu potes facere meliores. Mutuo ista fiunt, & homines dum do cent discunt. Non est quod te gloria publicandi ingenij producat in medium, ut recitare istis uelis, aut disputare, quod facere te uellem, si haberes isti populo idoneam mentē

Viua uox.

Ali cōmēdat

Nemo est qui intelligere te possit. Aliquis fortasse unus aut alter incidet, & hic ipse formidans tibi erit, institutusque ad intellectum tui. Cui ergo, inquis, ista didicisti? non est quod timeas, ne operam perdidideris, si tibi didicisti. Sed ne mihi soli hodie didicerim, communicabo tecum quae occurrerunt mihi egregie dicta circa eundem fere sensum tria, ex quibus unum hac epistola in debitum soluet, duo in antecessum excipe. Democritus ait, Vnus mihi pro populo est, & populus pro uno. Bene & ille quisquis fuit (ambigitur enim de auctore) cum quaereretur ab illo quo tanta diligentia artis spectaret, ad paucissimos puenturae. Satis sunt, inquit, mihi pauci, satis est unus, satis est nullus. Egregie hoc tertium Epicurus, cum uni ex confortibus studiorum suorum scriberet, hac inquit, Ego non multis sed tibi, satis enim magnum alter alteri theatrum sumus. Ista mihi Lucili condenda in animo sunt, ut contemnas uoluptatem ex plurium assensione uenientem. Multi te laudant, & quid habes cur placeas tibi? Si is es quem multi intelligunt, introrsus bona tua spectent. Vale.

EPISTOLA VIII. De indulgentia corporis proprii, & turba hominum, & quod bona fortunae sunt fugienda philosophanti, conscientia sua contento, propter ueram libertatem acquirendam ex seruitute animi impendenda philosophiae, discenda & operanda.

TV me, inquis, uitare turbam iubes, secedere & conscientia esse contentum, ubi illa praeccepta uestra, quae imperant in actu mori? quod ego tibi uideor in terim suadere, in hoc me recordidi, & fores clausi, ut prodesse pluribus possem, nullus mihi per otium dies exit, partem noctium studijs uendico, non uacuo somno, sed succumbo, & oculos uigilia fatigatos cadentesque in opere detineo. Secessi non tantum ab hominibus, sed etiam a rebus, & primam a rebus meis. Posterorum negotium ago. Illis aliqua quae possint prodesse conscribo, salutare admonitiones, uel medicamento- rum utilium compositiones literis mando, esse illas efficaces in meis ulceribus expertus quae & si perfanata non sunt, serpere desierunt. Rectum iter quod sero cognoui et lassus errando, alijs monstro. Clamo uitare quaecumque uulgo placent, quae casus attribuit, ad omne fortuitum bonum, suspitiosius pauidique subsistite. Et fera & piscis spe aliqua oblectantur decipitur. Munera ista fortunae putatis? insidiae sunt. Quisquis nostram tutam agere uitam uolet, quantum plurimum potest ista uiscata beneficia deuitet, in quibus hoc quomodo miserrimi fallimur? quod habere, nos putamus haeremus, in praecipitia cursus iste deducit. Huius eminentis uitae exitus cadere est. Deinde nec resistere quidem licet, cum ceperit transuersos agere felicitas. Aut rectis saltem, aut temet fruere. Qui hoc faciunt non euertit fortuna, sed cernuat & allidit, hanc ergo sanam & salubre formam uitae tene, ut corpori tantum indulgeas, quantum bonae ualitudini satis est. Durius tractandum est ne animo male pareat, cibus famem sedet, potio sitim extinguat, uestis arceat frigus, domus munimentum sit aduersus infesta corporis, hanc utrumque cespes erexerit, uel uariis lapidibus generis aliena interest. Scito te hominem tam bene culmo quam auro tegi. Contemne omnia quae superuacuis labor uelut ornametum ac decus ponit. Cogita in te praeter animum nihil esse mirabile, cui magno nihil magnum est. Si hoc mecum, si hoc cum posteris loquor, non uideor tibi plus prodesse, quam cum ad uadimonium aduocatus descenderem, aut tabulis testamenti anulum imprimerem, aut in senatu candidato uocem & matrum commodare, mihi crede, qui nihil agere uidentur maiora agunt, humana diuinaque tractant. Sed iam finis faciendus est, & aliquid ut institui pro hac epistola dependendum, id de meo non fiet, adhuc Epicurum complicamus, cuius hanc uocem hodierno die legi, philosophiae seruias oportet, ut tibi contingat uera libertas, non differatur in diem qui se illi subiecit & tradidit, statim circumagitur, hoc enim ipsum philosophiae seruire libertas est, potest fieri ut me interroges, quare ab Epicuro tam multa benedicta referam potius, quam nostrorum? quid est tamen, quare tu istas Epicuri uoces putas esse non publicas. Quam multi poetae dicunt, quae a philosophis, aut dicenda, aut dicta sunt, non attingant Tragicos aut togatos nostros, habent enim haec quoque aliquid seueritatis, & sunt inter Comedias, & Tragedias media, quantum disertissimorum uersuum inter mimos iacet, quam multa

multa Publici, non exalceatis, sed cothurnatis dicenda sunt, unum eius uersum qui ad philosophiam pertinet, & ad hanc partem, quae modo fuit in manibus referam, quo negetur fortuita in nostro habenda. Alienum est omne quicquid optando uenit, hunc uersum a te dici non paulo melius, sed astrictius memini, non est tua fortuna quod fecit tuum. Illud etiam nunc melius dictum a te non praeteribo, dari bonum quod potuit, auferri potest, hoc non imputo insolutum de tuo tibi. Vale.

EPISTOLA VIII. Quod sapiens seipso contentus est ad beatam uiuendum, non ad uiuendum simpliciter.

AN merito reprehendat in quadam epistola Epicurus eos, qui dicunt sapientem seipso esse contentum, & propter hoc amico non indigere, desyderas scire, hoc obijcitur Stilboni ab Epicuro, & his quibus summum bonum uisum est animus impatiens. In ambiguitatem incidendum est, si exprimere contrarium ei quod significare uoluerimus, & impatientiam dicere. Poterit enim contrarium ei quod significare uolumus intelligi. Nos enim eum uolumus dicere, qui respuat omni mali sensum, accipiet is qui nullum possit ferre malum. Vide ergo, num satius sit, aut inuulnerabile animi dicitur, aut animi extra omnem patientiam positum, hoc inter nos & illos interest. Noster sapiens uincit quidem incommodum omne, sed sentit, illorum nec sentit quidem. Illud nobis cum illis commune est, sapientem seipso esse contentum, sed tamen amicum habere uult, & uicinum, & contubernalem, quibus sibi ipse sufficiat. Vide quod sit se contentus. Aliquando sui parte contentus est, si illi manum, aut morbus, aut hostis inciderit. Siquis oculum casu excusserit, reliquiae illi suae satisfaciunt, & erit in minuto corpore, & amputato tam latus, quam in integro fuit. Sed quae sibi desunt num desyderat? non deesse mauult. Ita sapiens se contentus est, non ut uelit esse sine amico, sed ut possit, & hoc quod dico possit, tale est, amissum aequo animo fert, sine amico quidem nunquam erit. In sua potestate habet quam cito reparat. Quomodo si perdidit Phydias statuam, protinus in locum amissam. Quaeis quomodo amicum cito facturus sit? dicam si illud mihi tecum conuenit. Ut statim tibi soluiam quod debeam, & quantum ad hanc epistolam, paria faciamus. Hecaron, ait, Ego tibi monstro amatorum, sine medicamento, sine herba, sine ullius ueneficae carmine. Si uis amari, ama, habes autem non tantum amicitiae usum ueteris, & certe magnam uoluptatem, sed etiam initium & comparisonem nouae. Quod interest inter mentem agricolam, & serentem, hoc inter eum qui parauit amicum, & qui parat. At Thales philosophus dicere solebat, Iucundius esse amicum facere quam habere. Quomodo artificii iucundius est pingere quam pinxisse, illa in opere suo occupata sollicitudo ingens oblectamentum habet in ipsa occupatione. Non aequae delectatur qui ab opere per se cito remouit manum, iam fructu artis suae fruatur, ipsa fruebatur arte cum pingeret. Fruentiosior est adolescentia liberorum, sed infantia dulcior. Nunc ad propositum reuertamur. Sapiens etiam si contentus est, se tamen habere amicum uult, si ob nihil aliud tamur. Exerceat amicitiam, ne tam magna uirtus iaceat. Non ob hoc quod Epicurus dicebat in hac ipsa epistola, ut habeat qui sibi agro assideat, succurrat in uincula coniecto uel inopi. Sed habeat aliquem, cui ipse agro assideat, quem ipse circumuentum hostili custodia liberet. Qui se spectat, & propter hoc ad amicitiam uenit, male cogitat, quem praemodum cepit sic desinet, parauit amicum aduersus uincula latrum opem, cum prius crepuerit cathena discedet. Haec sunt amicitiae, quas temperarias populus appellat, qui causa utilitatis assumptus est, tam diu placebit, quam diu utilis fuerit, hac re florentiam amicorum turba circumfedit. Circa ueros ingens solitudo est, & inde amici fugiunt ubi probantur, hac in re ista tot nefaria exempla sunt aliorum motu relinquuntur, aliorum motu prodentium, necesse est ut initia inter se, & exitus congruant. Qui amicus esse cepit quia expedit, placebit ei aliquod praecium contra amicitiam, si ullum in illa placet praecium praeter ipsam. Inquis, igitur amicum paro, ut habeam pro quo mori possim, ut habeam quem in exilium sequar, cuius me morti opponam, & impendat. Ista qua tu de scribis negociatio est, non amicitia, quae ad commodum accedit, quae quid confectionem

fit spectat. Non dubie habet aliquid simile amicitiae affectus amantium, possumus dicere illam esse insanam amicitiam, nunquid ergo quisquam amat lucri causa? nunquid ambitionis aut gloriae? ipse per se amor omnium aliarum rerum negligens, animos in cupiditatem forma, non sine spe mutuae charitatis accendit. Quid ergo? ex honestiori causa coit turpis affectus. Non agitur, inquis, nunc de hoc, an amicitia propter se, an propter aliud sit expetenda, nam propter seipsam expetenda est, potest ad illum accedere, qui seipso contentus est, quomodo ergo ad illum accedit? quomodo ad rem pulcherrimam non lucro captus, nec uarietate fortunae perterritus? Detrahit amicitiae maiestatem suam qui illam parat ad bonos casus, se contentus est sapiens, hoc mihi Lucili perperam plerique interpretatur. Sapientem undique submovent, & intra cutem suam cogunt. Distinguendum est autem, quid & quatenus uox ista promittat, se contentus est sapiens ad beate uiuendum, non ad uiuendum. Ad hoc enim multis illi rebus opus est. Ad illud tantum animo sano, & erecto, & despiciente fortunam. Volo tibi Chrylippi quoque distinctionem indicare. Ait sapientem nulla re indigere, & tamen multis illi rebus opus esse. Contra, Stulto nulla re opus est, nulla enim re scit uti nec uerbis, sed omnibus eget. Sapienti & manibus & oculis, & multis ad quotidianum usum necessarijs opus est. Sed eget nulla re, egere enim necessitatis est. Nihil autem necesse sapienti est. Ergo quauis seipso contentus sit, amicis illi opus est, hos cupit habere quia plurimos, non ut beate uiuat, uiuet enim cum sine amicis beate. Summum bonum extrinsecus instrumenta non querit, domi colitur, ex se totum est. Incipit fortunae esse subiectus, si quam partem sui foris quaerit, qualis tamen futura est uita sapientis, si sine amicis relinquatur in custodiam coniectus, uel in aliqua gente aliena destitutus, uel in nauigatione longa retentus, aut in deserto litus eiectus? qualis est Iouis cum resolutio mundo, & dijs in unum confusus, paulisper cessante natura acquiescit sibi, cogitationibus suis traditus, tale quiddam sapiens facit, in se receditur, secum est, quod dicitur quidem illi licet suo arbitrio res suas ordinare, se contentus est & ducit uxorem, se contentus est, & liberos tollit, sed contentus est, & tamen non uiuet, si fuerit sine homine uiuatur. Ad amicitiam fert illum nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio, nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitia, quomodo solitudo in odio est, sic in dulcedine appetitio societatis, quomodo hominem homini natura conciliat, sic inest huic quoque rei stimulus, qui nos amicitiarum appetentes faciat. Nihilominus cum sit amicorum amantiissimos cum illos sibi comparet, saepe praefert, omne intra se bonum terminabit, & dicit quod Stilbon ille dixit. Stilbon quem Epicuri epistola insequitur, hic enim capta patria, amissis liberis, amissa uxore, cum ex incendio publico solus, & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitu urbium Poliorcetes fuit. Numquid perdidisset? omnia, inquit, bona mea mecum sunt. Ecce uir fortis ac strenuus, ipsam se uictoriam uicit. Nihil, inquit, perdidit, dubitare illum coegit, an uicisset, omnia mea mecum sunt. Iusticia, uirtus, temperantia, prudentia, hoc ipsum, nihil bonum putare quod eripi possit. Miramur animalia quadam, quae per medius os ignes, sine noxa corporum transeunt, quanto hic mirabilior uir qui per ferrum & ruinas & ignes illesus, & indemnus euasit. Vides quoque facilius sit totam gentem, quam unum uirum uincere? haec uox illi est communis cum Stoico, aequae & hic intacta bona per concrematas urbes fert. Se enim ipso contentus est, hoc felicitatem suam sine designat. Ne existimes nos solos generosa uerba iactare, & ipse Stilbonis obiurgator Epicurus, similem illi uocem emisit, quam tu boni consule, etiam si hunc diem iam expunxi. Si cui inquit, sua bona non uidentur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamen miser est. Vel si hoc modo tibi melius enunciarum uidetur. Id enim agendum, ut non uerbis seruiamus, sed sensibus. Miser est, qui se non beatissimum iudicat, licet imperet mundo. Ut scias autem hos sensus communes esse, natura scilicet dictante, apud poetam comicum inuenies. Non est beatus qui se non beatus esse putat. Quid enim refert qualis status sit, si tibi uidetur malus. Quid ergo, inquis? si beatum se dixerit, ille turpiter diuus, & ille multorum dominus, sed plurium seruus, beatus sua sententia fiet? non quid dicat, sed quid sentiat refert, nec quid uno die sentiat, sed quid assidue. Non est autem quod uerearis, ne ad indignum res tanta perueniat, nisi sapienti sua non placent, omnis stulticia laborat

Ab. intentio.

ticia laborat fastidio sui. Vale.

EPISTOLA. X. De solitudine uitanda prudentibus, & de sinceritate orandi deum. Ite est, non muto sententiam, fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. Non habeo cum quo te communicatum uelim, & uide quo iudicium meum abeat. Audeo te tibi credere. Crates ut, aiunt, huius ipsius Stilbonis auditor, cuius mentionem priore epistola feci. Cum uidisset adolescentulum secreto ambulantiem, interrogauit, quid illic solus faceret. Mecum, inquit, loquor, cui Crates, Caue, inquit, rogo & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris. Lugentem, timentemque custodire solemus, ne solitudine male utatur. Nemo est ex imprudētibus qui relinquit sibi debeat. Tunc mala consilia agitant, tunc aut alijs, aut ipsis futura pericula struunt. Tunc cupiditates improbas ordinant, tunc quicquid aut metu, aut pudore animus celabat exponit, tunc audaciam acuit, libidinem irrat, iracundiam instigat. Denique quod unum solitudo habet commodum, nihil ulli committere, non timere iudicem, perijt stulto, ipse se prodit. Vide itaque quid de te sperem, immo quid spondeam mihi. Spes enim incerti boni nomen est. Non inuenio cum quo te malim esse, quam tecum. Repeto memoria, quam magno animo quadam uerba, pieceris, quanti roboris plena, granularum sum protinus mihi, & dixi non a summis labris ista uenerunt, habent haec uoces fundamenta, iste homo non est unus et populo, ad salutem spectat. Sic loquere, sic uiue. Vide ne te uia res deprimat. Votorum tuorum ueterum licet dijs gratiam facias, alia de integro suscipe, roga bonam mentem, bonam ualitudinem animi, deinde corporis. Quid ni tu ista uota saepe facias, aucter deum roga, nil illum de alieno rogaturus, sed ut more meo cum aliquo munusculo epistola mittam. Verum est quod apud Athenodorum inueni. Tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eo perueneris, ut nihil deum roges, nisi quod rogere possis palam. Nunc enim quanta dementia est hominis quod turpissima uota dijs insularant. Si quis ad mouerit aurem, conticefcet, & quod scire hominem nolunt, deo narrat. Vide ergo ne hoc praecipii salubriter possit, sic uiue cum hominibus tanquam deus uideat. Sic loquere cum deo, tanquam homines audiant. Vale.

EPISTOLA. XI. De inuincibilis uerecundiae qualitate, & de imaginaria boni uiri praesentia.

Locutus est mecum amicus tuus bonae indolis, in quo quantum esset animi, quantum ingenij, quantum iam etiam profectus, sermo primus ostendit, dedit enim nobis gustum, ad quem respondebit, non enim ex preparato locutus est, sed subito prehensus, ibi se colligebat, uerecundia, bonum in adolescente signum uix potuit excutere, adeo illi ex alto suffusus est rubor, hic illum, quantum suspicor etiam cum se confirmauerit, & ex omnibus uitijs exuerit sapientem quoque sequatur. Nulla enim sapientia, naturalia corporis aut animi uitia ponuntur, quicquid infixum & ingenitum est, leuiter arte non uincitur. Quibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit, non aliter quam fatigatis & aestuantibus solet, quibusdam tremunt genua dicturis, quorundam dentes colliduntur, lingua titubant, labra concurrunt. Haec nec disciplina, nec usus unquam excutit, sed natura uim suam exercet, & illos uitijs suis, etiam robustissimos admonet. Inter haec & roborem esse scio, qui grauissimis quoque uiris, subitus offunditur, magis quidem in iuuenibus apparet, quibus & plus calor est, & tenera frons, nihilominus ueteranos & senes tangit. Quidam nunquam magis quam cum erubuerint timendi sunt, quasi omnem uerecundiam effuderint. Sylla tunc erat uiolentissimus, cum faciem eius sanguis inuaserat. Nihil erat mollius ore Pompeij, nunquam non coram pluribus erubuit, utique & in concionibus Fabianum cum in senatum testis esset inductus, erubuisse memini, & hic mire illum pudor decuit. Non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed a nouitate rei, quae in exercitatos, & si non concutit, mouet, naturali in hoc facilitate corporis pronos. Nam ut quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati & mobilis & cito in os prodeuntis, haec ut dixi nulla sapientia abigit, alioquin haberet rerum naturam sub imperio sui, si omnia eraderet uitia. Quaecumque attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cum multum se diuque animus composuerit, haerebunt. Nihil horum uitari potest, non magis quam acceriri. Artifices scelerici, qui imitantur affectus, qui

A summis labris.

ctus, qui metum & trepidationem exprimunt, qui tristitiam representant, hoc indicio imitantur uerecundiam, deiciunt enim uultum, uerba submitunt, figunt in terram oculos & depriment, ruborem sibi exprimere non possunt, nec prohibetur hic, nec adducitur. Nihil aduersus hac sapientia promittit, nihil proficit, sui iuris sunt, iniussa ueniunt, iniussa discedunt. Iam clausulam epistola poscit. Accipe quidem utilem & salutare quae te affigere animo uolo. Aliquis uir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquam illo spectante uiuamus, & omnia tanquam illo uidente faciamus, hoc mihi Lucili Epicurus praecipit, custodem nobis, & pedagogum dedit, nec immerito. Magna pars peccatorum tollitur, si peccatorum testis assistat. Aliquem habeat animum, quem ueretur, cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum qui non actus tantum, sed etiam cogitatus emendat. O felicem qui sic aliquem uereri potest, ut ad memoria quoque eius se componat, atque ordinet, qui sic aliquem uereri potest, cito erit uerendus. Elige itaque Catonem, si hic uidetur tibi nimis rigidus, elige remissioris animi uirum Laelium, elige cum cuius tibi placuit & uita, & oratio, & ipsius animo ante te ferens & uultus, illum semper tibi ostende, uel custodem, uel exemplum. Opus est, inquam, aliquo ad quem mores nostri se ipsi erigant, nisi ad regulam, prauam non corriges. Vale.

EPISTOLA. XII. De bono senectutis & commendatione seu excusatione ipsius, & quod in necessitate uiuere, nulla necessitas est.

Quocumque me uerto argumenta senectutis meae uideo, ueneram in suburbanum meum, & querebar de impensis adificij dilabentis. Ait uillicus non esse negligentiae suae uitium, omnia se facere, sed uillam ueterem esse, hac uilla inter manus meas creuit, quid mihi futurum est, si tam putrida sunt atatis meae saxa? Iratus illi, proximam occasionem stomachandi arripio. Apparet, inquam, has platonos negligi, nullas habent frondes, quae nodosi sunt, & retortiri rami, quae tristes & squalidi trunci, hoc non accideret, si quis has circumfoderet, si irrigaret. Iurat per genium meum se omnia facere, in nulla re cessare curam suam, sed illas uetulas esse, quod inter nos sit, ego illas posueram, ego illarum primum uideram folium. Conuersus ad ianuam quis est, inquam, iste decrepitu, & merito ad hostium admortus, foras enim spectat, unde istum nactus es? quid te delectauit alienum mortuum tollere? At ille non cognouit me, inquit? Ego sum Felicio cui solebas sigillaria afferre, ego sum Philosti uillici filius delitiosum tuum perfecte, inquam, iste delirat, uetulus etiam delitiosum meum factus est: prorsus potest fieri, dentes illi cum maxime cadunt. Debeo hoc suburbano meo, quod mihi senectus mea, quocumque auerteram apparuit. Complectamur illam & amemus, plena est uoluptatis si illa scias uti, gratissima sunt poma cum fugiunt, pueritiae maximus in exitu decor est, deditus uino potatio extrema delectat, illa quae mergit, quae ebrietati summam manum imponit. Quod in se iucundissimum hominis uoluptas habet, in finem sui differt, iucundissima est aetas deuexa iam, non tantum praecipit, & illam quoque in extrema tantum regula stantem, iudico habere suas uoluptates, aut hoc ipsum succedit in locum uoluptatum, nullis agere, quae dulce est cupiditates fatigasse & reliquisse. Molestum est, inquis, mortem ante oculos habere. Primum ista tam iuueni ante oculos debet esse quam seni. Non enim citamur excessu. Deinde nemo tam senex est, ut non improbe unum diem speret. Vnus autem dies gradus est uitae, tota aetas partibus constat & orbes habet circumductos maiores minoribus. Est aliquis qui omnes complectatur & cingat, hic pertinet a natali ad diem extremum. Est alter qui annos adolescentiae excludit. Est qui totam pueritiam ambitu suo astringit. Est deinde per se annus, in se omnia continens tempora, quorum multiplicatione uita componitur, mensis arctiore praecipitur cingulo. Angustissimum habet dies gyrum, sed & hic ab initio ad exitum uenit, ab ortu ad occasum. Ideo Heraclitus cui cognomen Scotinon fecit, orationis obscuritas. Vnus, inquit, dies par omni est, hoc alius aliter accepit, dixit enim parem esse horis, nec mentitur. Nam si dies tempus est uiginti quatuor horarum, necesse est omnes inter se dies pares esse, quia nox habet quod dies perdidit. Alius, ait, parem esse unum diem omnibus similitudine, nihil enim habet longissimi temporis spatium, quod non in uno die inuenias, lucem & noctem, & alternas mundi uices. Planeta facit ista non alias contra-

ctior alias

ctior alias productior dies. Itaque sic ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen & consummet atque expleat uitam. Pacuuius qui Syriam usum suam fecit, cum uino, & illis funereis epulis se sepelisset, quasi sibi parentauerit, sic in cubiculum ferebatur a coena, ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur. Nullo non se die extulit, hoc quod ille ex mala conscientia faciebat, nos in bona faciamus, & in somnum ituri, laeti, hilaresque dicamus. Vixi, & quae dederat cursum fortuna peregi. Crastrinum si adiecerit deus, laeti recipiamus. Ille beatissimus est, & securus sui possessor, qui crastrinum sine sollicitudine expectat. Quisquis dixit uixi, quotidie ad lucrum surgit. Sed iam debeo epistolam includere. Sic, inquis, sine ullo ad me peculio ueniet? Noli timere, aliquid secum feret, quare aliquid dixi? multum. Quid enim hac uoce praecleari? quae illi trado ad te perferendam? Malum est in necessitate uiuere, sed in necessitate uiuere necessitas nulla est. Quid ni nulla? si patent undique ad libertatem uiae multae, breues, faciles, Agamius deo gratias, quod nemo in uita teneri potest. Calcare ipsas necessitates licet. Epicurus, inquis, dixit, quid tibi cum alieno? quod uerum est, meum est, perseverabo Epicurum tibi ingerere, ut isti qui in uerba iurant, ne quid dicat assentiant, sed a quo, sciantque quae optima sunt esse communia. Vale.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS.

EPISTOLA. XIII. De utilitate exercitationis contra aduersa, de remedijs contra mala fortuita, & quod stulticia semper incipit uiuere.

MULTVM tibi esse animi scio, nam etiam antequam instrueres te praecipis salutaribus & dura uincitibus, satis aduersus fortunam placebas tibi, & multo magis postquam cum illo coferuisti manum, uiresque expertus es tuas, quae nunquam certam dare fiduciam sui possunt, nisi cum multae difficultates hinc & illinc caperant. Aliquando uero & propius accesserunt. Sic uerus ille animus, & in alienum non uenturus arbitrium probat. Haec eius probatio obstrusa est. Non potest Athleta magnos spiritus ad certamen afferre, qui nunquam suggestillatus est. Ille qui fudit sanguinem suum, cuius dentes creperunt sub pugno, ille qui supplantatus aduersarij toto tulit corpore, nec proiecit animum proiectus, qui quoties cecidit contumacior resurrexit, cum magna spe descendit ad pugnam. Ergo ut similitudinem istam plequear. Saepe iam fortuna supra te fuit, nec tamen tradidisti te, sed substituisti & acrior constituisti. Multum enim adiecit tibi uirtus lassitudo. Tamen si tibi uidetur, accipe a me auxilia, quibus munire te possis. Plura sunt Lucili quae nos terrent, quam quae praemunt, & sapientius opinione quam re laboramus. Non loquor tecum Stoica lingua, sed hac submissiore. Nos enim dicimus omnia ista quae gemitus mugitusque exprimitur, leuia esse & contemnenda. Omittamus haec magna uerba, sed, dii boni, uera. Illud tibi praecipio, ne sis miser ante tempus. Cum illa quae uelut iminentia expauiisti, forte nunquam uentura sint. Certe nunquam uenerunt. Quaedam ergo nos magis torquent quae debeant, quaedam autem torquent quam debent, quaedam torquent cum omnino non debeant. Aut augemus dolorum, aut fingimus, aut praecipimus. Primum id, quia res in controuersia est, & litem contestata habemus in praesentia differatur. Quod ego leue dixerim, tu grauissimum esse contendes. Scio alios, inter flagella ridere, alios gemere sub colapho. Postea uidebimus, utrum ista suis uiribus ualeant, an imbecillitate nostrae: illud praesta mihi, ut quoties circumsteterint, qui tibi te miserum esse persuadeant, non quid audias, sed quid sentias cogites, & cum patientia tua deliberes, ac te ipse interroges, qui tua optime nosti, quid est, quare isti me complorent? quid est quod trepident, quod contagium quoque mei timeant, quasi transillire calamitas possit? Est aliquid istius mali. An res ista magis infamis est quam mala? Ipse te interroga. Nunquid sine causa crucior? Et mereo, & quod non est malum facio? Quomodo, inquis, intelligam, si uaua sint, an uera quibus angor? Accipe huius rei regulam, aut praesentibus torquemur, aut futuris, aut utrisque, de praesentibus facile est iudicium, si corpus tuum liberum est, sanum est, nec ullus est iniuria dolor est. Videbimus quid futurum est, hodie nihil negotij habet, aut enim futurum est, aut non. Primum dispice an certa argumenta sint uenturi mali. Praeterea enim suspicionibus laboramus, & illud tibi nobis illa quae conficere bellum solet fama, multo

Ait. placatus.

Ait. instrueris

Ait. suum.

Ait. profecto

Summam manum imponit.

All. multos
aut magis sin-
gulos conficit.

multo autem magis singulos conficit. Ita est mi Lucili, cito accedimus opinioni, non cogitamus illa, quæ nos in metum adducunt, nec excutimus, sed trepidamus, & sic uertimus terga quemadmodum illi, quos puluis motus, uocæ pecorum exiit castris, aut quos aliqua fabula sine auctore sparsa conterruit. Nescio quomodo magis uana perturbant, uera enim modum suum habent, quicquid ex incerto uenit, coniecturæ & licentiæ patet ueritatis animi traditur. Nulli itaque tam irreuocabiles quæ lymphatici metus sunt. Cæteri enim sine ratione, hi sine mente sunt. Inquiramus itaque rem diligenter. Verisimile est aliquid futurum mali. Non statim uerum est, quod multa non expectata uenerunt, quod multa expectata nullum comparauerunt, etiam si futurum est, quod tibi uoluerunt dolorem suum currere. Satis cito dolebit cum uenerit, interim tibi meliora promitte, quid faciet lucrum tempus? Multa interuenient, quibus uicinum periculum uel prope admotum, aut subsistat, aut desinat, aut in alienum caput transeat. Incendium ad fugam patuit, quosdam molli ter ruina deposuit, aliquando gladius ab ipsa ceruice reuocatus est, aliquis carnifici suo super pesces fuit, habet etiam mala fortuna leuitate, fortasse erit, fortasse non erit, interim non est, meliora proponere, nonnunquam nullis apparitionibus signis, quæ mali aliquid prænuñciat animi sibi falsas imagines fingit, aut uerbum aliquid dubiæ significationis detorqueat in peius, aut maiorem sibi offensam proponit alicuius quam est, & cogitat non quantum iratus ille sit, sed quantum liceat irato. Nulla autem causa uitæ est, nullus miseriarum modus, si timent quantum potest, hic prudentia proficit, hic robore animi, euidenti quoque metum respue. Si minus, uitio uitium repelle, spe metum tempera. Nihil tam certum est ex his quæ timentur, ut non certius sit, & formidata subsidere, & sperata decipere. Ergo & spem ac metum examina, & quoties incerta erunt omnia, tibi faue, crede quod mauis, si plures habebis sententias metus, nihilominus in hanc partem potius inclina, & perturbare te desine. Ac subinde hoc in animo uolue, maiorem partem mortalium cum illic nec sit quicquam mali, nec pro certo futurum sit aestuare ac discurre. Nemo enim resistit sibi cui perit impelli, nec timorem suum redigit ad uerum. Nemo dicit uanus auctor est, aut finxit, aut credit, damus nos referentibus, expauescimus dubia pro certis, non seruamus modum rerum, statim in timorem uenit serupulus. Pudet me sic tecum loqui, & tam leuibus te remedijs refocillare. Alius dicat, fortasse hoc non ueniet. Tu dic, quid porro si ueniet? Videbimus utrum ueniet, fortasse pro me ueniet, & mors istam uitam honestabit. Cicuta magnum Socratem confecit. Catoni gladium assertorem libertatis extorquere, magnam partem detraxeris gloriæ. Nimum diu te cohortor, cum tibi admonitione magis quam exhortatione opus sit. Non in diuersum te a natura tua ducimus, natus es ad ista, quæ dicimus. Eo magis bonum tuum auge & exorna, sed iam finem epistolæ faciam, si illi signum suum impressero, id est aliquam magnificam uocem perferendam ad te manda uero. Inter cætera mala, hoc quoque habet stulticia proprium, semper incipit uiuere. Considera quid uox ista significet. Lucili uirorum optime, & intelliges quod foeda sit hominum leuitas. Quotidie noua uitæ fundamenta ponentium, nouas etiam spes in exitu inchoantium. Circumspice tecum singulos, occurrent tibi senes qui se quam maxime ad ambitionem, ad peregrinationes, ad negociandum parent. Quid est autem turpius quam senex uiuere incipiens? non adducere auctorem huic uoci, nisi esset secretior, nec inter uulgata Epicuri dicta, quæ mihi & laudare, & adoptare permisi. Vale.

EPISTOLA. XIII. Ut non seruatur corpori, & qualiter uitanda sit nocitura potentia, & quod is maxime diuitijs fruatur qui non indiget diuitijs.

Fateor insitam esse nobis corporis nostri charitatē. Fateor nos huius gerere tutelam, non nego indulgendum illi, seruendum nego, multis enim seruiet, qui corpori seruit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus, non tantum propter corpus uiuere, sed tantum non possimus sine corpore, huius nos nimis amor timoribus inquietat, sollicitudinibus onerat, contumeliam obicit, honestum ei uile est, cui corpus nimis charum est. Agatur eius diligentissime cura ita tamen ut cum exigeret ratio, cum dignitas, cum fides, mittendum in ignem sit, nihilominus quantum possumus euitemus incommoda quæque, non tantum pericula, & in tantum nos reducamus, excogitantes subinde, quibus possint timenda depelli, quorum tria, ni fallor

genera sunt. Timetur inopia, timentur morbi, timentur quæ per uim potentioris impetus eueniunt. Ex his omnibus nihil magis nos concutit, quam quod ex aliena potentia impedit. Magno enim strepitu & tumultu uenit. Naturalia mala quæ retuli inopia atque morbi, silentio subeunt, nec oculis, nec auribus quicquam terroris incutiunt. Ingens alterius mali pompa est, ferrum circa se & ignes habet, & catenas, & turbam ferarum, quam in uiscera immittat humana. Cogita hoc loco carcerem, & cruces, & eculos, & unicum, & adactum per medium hominem, qui per omnes artus emergere possit stipitem, & distracta in diuersum a cæcis cruribus membra, illam tunicam alimētis ignium, & illam & intexam, & quicquid aliud præter hæc, cōmentata scintilla est. Non est itaque mirum, si maximus huius rei timor est, cuius & uarietas magna, & apparatus terribilis est. Nam quemadmodum plus agit tortor, quo plura instrumenta doloris exposuit (Specie enim iunguntur, qui patientia resistissent) ita ex his, quæ animos nostros subigunt & domant, plus proficiunt, quæ habent quod ostendant. Illæ pestes non minus graues sunt, famem dico & sitim, & præcordiorum suspirationes, & febrem uiscera ipsa torrentem, sed latent. Nihil habet quod intentent, quod præferant. Hæc ut magna bella aspectu, paratque uicerunt. Demus itaque operam, abstinemus offensis, interdum populus est, quem timere debeamus, interdum si ea ciuitatis disciplina est, ut plurima per senatum transigantur, gratiosi timeantur in eo uiri, interdum singuli, quibus potestas populi & in populo data est, hos omnes amicos habere operosum est, satis est inimicos non habere. Itaque sapiens nunquam potentium iras prouocabit, immo declinabit, non aliter quam in nauigando procellam. Cum peteres Siciliam, traiecisti fretum, temerarius gubernator contempsit Austri minas. Ille est enim, qui Siculum pelagus, interdum etiam plus quam timere debeamus, exasperet, & in uerices cogat, non sinistram petit littus, sed id, quo propior Charybdis maria conuoluit. At ille cautior, peritos locorum rogat, quis æstus sit, quæ signa dent nubes, & longe ab illa regione uerticibus infami cursum tenet. Idem facit sapiens, nocituram potentiam uitat, hoc primum cauens, ne uitare uideatur. Pars enim securitatis & in hoc est, non ex professo eam petere, non est nostræ professionis uulgi fauores appetere, quia quæ quis fugit, damnat. Circumspiciendum nobis est ergo, quomodo a uulgo tuti esse possimus. Primum nihil inde concupiscamus, rixa est inter competitores, deinde nihil habeamus, quod cum magno emolumento insidiantis eripi possit, quam minimum sit in corpore tuo spoliolum. Nemo ad humanum sanguinem propter ipsum uenit, aut admodum pauci, plures computant quam oderint, nudum latro transmittit, etiam in obfessa uia pauperis pax est. Tria deinde ex præcepto ueteri præstanda sunt, ut uitentur, Odium, inuidia, contemptus, quomodo hoc fiat, sapientia sola monstrabit. Difficile enim temperamentum est, uerendumque, ne in contemptum nos inuidia & timor transferant, nedum calcari nolumus, uideamur posse calcari, multis timendi attulit causas timeri posse. Unde nos reducamus, non minus contemni quam suspici nocet. Ad philosophiam ergo confugiendum est, hæc litera non dico apud bonos, sed apud mediocriter malos, insularum loco sunt. Nā forensis eloquentia, & quæcumque alia populum mouent, aduersarium habent, hæc quietæ, & sui negotij contemni non potest, cui ab omnibus artibus, etiam apud pessimis honor est. Nunquam intantum conualescet nequitia, nunquam sic contra uirtutes coniuuabitur, ut non philosophia nomen uenerabile & sacrum maneat. Cæterum philosophia ipsa tranquille modestæque tractanda est. Quid ergo inquis? Videtur tibi. M. Cato modeste philosophari, qui bellum civile sententia sua reprimit, qui furentium principum armis, medijs interuenit, qui alijs Pompeium offendentibus, alijs Cæsarem simul laceffit duos? Potest aliquis disputare, an illo tempore capeienda fuerit sapienti respublica? Quis tibi uis. M. Cato? iam non agitur de libertate, olim pessundata est. Queritur, utrum Cæsar, an Pompeius possideat rempublicam. Quid tibi cum ista cōtentione? Nullæ partes tuæ sunt, dominus eligitur, quid tum? alter uincere potest, melior uincere non potest, non potest esse peior qui uictus uerit, melior qui uicerit. Vltimas partes attrigi. Catonis, sed ne priores quidem anni fuerunt, qui sapientem in illam rapinam reipublicæ admitteret. Quid aliud quam uociferatus est Cato, & misit iratas uoces, cum modo per populi leuatus manus & obrutus spuit, & portandus extra forum traheretur, modo & senatu in carcerem

Philoso-
phia laus

s rem duce

rem duceretur. Sed postea uidebimus, an sapienti opera perdenda sint. Interim ad hos te Stoicos uoco, qui a republica exclusi, secesserunt ad colendam uitam, & humano generi iura condenda, sine ulla potentioris offensa. Non conturbabit sapiens publicos mores, nec populum in se nouitate uitae conuertet, quid ergo? Vtiq; erit tutus, qui hoc propositum sequetur. Promittere tibi hoc magis non possum, q̄ in homine temperati bonam ualitudinem, & tamen facit temperantia bonam ualitudinem. Perit aliqua nauis in portu, sed tu quid accidere in medio mari credis: quanto huic periculū paratius foret, multa agenti, molientiq; cui ne ocium quidem tutum est: pereunt aliquando innocentes, q̄s negat. Nocentes tamen sapiens. Ars ei constat, qui per ornamenta percussus est. Deniq; consilium omnium rerum sapiens, non exitū spectat. Initia in potestate nostra sunt, de eū tu fortuna iudicat, cui de me sententiam non do. At aliquid uexationis affert, aliquid aduersi, non damnatur latro, cum occidit. Nunc ad quotidianam stitem manum porrigis, aurea te stipe implebo. Et quia facta est auri mentio, accipe quemadmodū usus fructulq; eius tibi esse gratior possit. Is maxime diuitijs frui, q̄ minime diuitijs indiget. Aede inquis, auctorem, ut scias q̄ benigni simus, propositum est aliena laudare. Epicuri est, aut Metrodori, aut alius ex illa officina, & quid interest, quis dixerit? Omnibus dixit, q̄ ager diuitijs, timet pro illis. Nemo autem lollicitus, bono frui. Adijcere illis aliquid studeat, dum de incremento cogitat, oblitus est usus, ratiocinationes accipit, forum conterit, kalendarium uersat, sit ex domino procurator. Vale.

EPISTOLA. XV. De non saginando uel impingando corpore, & de ipsius exercitatione, & uocis moderatione, & quare uita stulti ingrata sit.

MOs antiquis fuit, usq; ad meam seruatus aetatem, primis epistola uerbis adijcere. Si uales, bene est, ego ualeo. Recte & nos dicimus, Si philosopharis, bene est. Valere enim hoc demū est. Sine hoc, ager est animus. Corpus quoq; etiā si magnas habet uires, non aliter q̄ furiosi aut frenetici ualidum est. Ergo hanc ualitudinem praecipue cura, deinde illam secundam, quae non magno tibi constabit, si uolueris beue ualere. Stulta est enim mi Lucili, & minime conueniens literato uiro, occupatio exercendi lacertos, & dilatandi ceruicem, ac latera firmandū, cum tibi feliciter sagina cesserit, & thori creuerint, nec uires unq; opimi bouis, nec pondus aequabis. Adijce nunc, quod maiore corporis sarcina animus ↑ eliditur, & minus agilis est. Itaq; quantum potes, circūscribe corpus tuum, & animo locum laxa, multa sequuntur incōmoda huic detritos curae. Primū exercitationes, quarum labor spiritum exhaurit, & inhabilem intentioni, ac studijs acriorib; reddit. Deinde copia ciborū, subtilitas animi impedir. Accedūt pessimae ↑ notae, mancipia in magistrum recepta, homines inter oleum & uinū occupati, quibus ad uorum dies est actus, si ↑ bene desudauerunt, si in locum eius quod effluxit, multum potionis alterius, ieiuno gutture ingesserunt, bibere & sudare, uita Cardiaci est. Sunt exercitationes & faciles & breues, quae corpus & sine mora laxent, & tempori parcant, cuius praecipua ratio habenda est. Cursus & cum aliquo pondere manus motus, uel ille qui in altum leuat, uel ille qui in longum mittit, uel ille, ut ita dicam ↑ salutaris, aut ut contumeliosius dicam, Fullonius. Quodlibet ex his elige, usu sit facile. Quicquid facies, cito redi a corpore ad animū, illum noctibus ac diebus exerce, labor modico alitur ille, hanc exercitationem, non frigus, non aestus impedit, nec senectus quidem. Id bonū cura, quod uetustate fit melius. Neq; ego te semp iubeo iminere libro, aut tabulis, aut pugillaribus. Dandū est aliquod interuallū anio, ita tamen ut nō resoluatur, sed ut remittatur. Gestatio & corpus concutit, & studio non officit, possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire, quorum nihil nec ambulatio quide uetat fieri. Nec tu intentione uocis cōteperis, quā ueto te p̄ grad⁹, uel nūeros & certos modos attollere, deinde deprime, quod si uelis deinde quemadmodū ambules discere, ac mittes istos, quos noua artificia docuit fames, erit qui gradus tuos temperet, & buccas edentis obleruet, & intantū procedet, inquantū eius audaciā patientiā ↑ leuitate produxeris, quid ergo? a clamore ptinus & a summa cōtentione uox tua incipiet: usq; adeo naturalis est, paulatim incitatur, ut litigantes quoq; a sermone incipiant, ad uociferationē transeant. Nemo statim Quiritū fidem implorat. Ergo ubicūq; tibi impetus animi p̄sulerit, modo uehementius

mentius fac in ciuēs cōuitium, modo lentius, prout uox quoq; te hortabit, in id ualebit, cum receperis illam reuocarisq; descendat, non decidat, moderatoris sui temperamen- tum habeat, nec indoctū & rustico more defaxiat. Non enim id agimus, ut exerceatur uox, sed ut exerceat. Detrahit tibi non pusillum negocium mercedula, & ↑ munus gratū, ad hęc beneficia accedet. Ecce insigne praecipuum. Stulti uita ingrata est, trepida est, tota in futurum fertur. Quis hęc, inquis, dicit? Idem qui supra, quam tu nūc uitam dicit exiti- stimas stultam: ↑ habe & Ixionis. Non ita est, nostra dicitur, quos caeca cupiditas in nocitura, certe nunq; satiatura praecipitat, quibus siquid satis esse posset, fuisset, qui non cogit- tamus q̄ iucundum sit nihil polcere, q̄ magnificum sit plenum esse, nec ex fortuna pen- dere. Subinde itaq; Lucili q̄ multa sis conlectus, recordare. Cum aspexeris quot te an- tecedant, cogita quot sequantur. Si uis gratus esse aduersus deos, & aduersus uitam tuā, cogita q̄ multos antecesseris. Quid tibi cū ceteris? Te ipm ipse antecessisti finem cōst- tue, quē transire ne possis quidem si uelis, discedant aliquando ista insidiosā bona, & spe- rantium sitim concitant, & imitantur speciosi apparatus, & quod futuri temporis in- certa fors uoluit. Quare potius a fortuna impetrem, ut det, q̄ a me, ne petam: quare autem tam oblitus frugalitatis humanae? Congeram, inquit, laborem: Ecce hic ultimus dies, ut non sit, prope ab ultimo est. Vale.

EPISTOLA. XVI. Qualiter ad bonam uitam ueniens in philosophiae robore solidatur, & qui quo ad naturam uiuit, nunc pauper, qui quo ad opinionem nunq; diues erit.

Liquere tibi hoc scio Lucili, neminē posse beate uiuere, ne tolerabiliter quidem, sine sapientia studio, & beatam uitam perfecta sapientia effici. Ceterum nec to- lerabilem sine ipsa etiam inchoari. Sed hoc quod liquet firmandū, & altius quo- tidiana meditatione figendum est. Plus operis est in eo ut, proposita custodias, q̄ ut honesta proponas. Perseuerandum est, & assiduo studio robur addēdum, donec bo- na mens sit, quod bona uoluntas est. Itaq; tibi apud me pluribus uerbis haud affirmatis, nec tamen longis intellego te multum profecisse. Quae scribis uide ueniens scio, nō sunt ficta nec colorata. Dicam tamen sententiā, quod iam de te spem habeo, nō dum fiducia. Tu quoq; idem facias uolo. Nō est quod tibi cito & facile credas. Excute te, & uarie scruta- tare, & obserua. Illud ante omnia uide, utrum in philosophia, an in ipsa uita profeceris. Non est philosophia populare artificium, nec ostentationi paratum. Non in uerbis, sed in rebus est. Nec in hoc adhibetur, ut aliqua oblectatione consumatur dies, ut dematur ocio nausea. Animū format & fabricat, uitam disponit, actiones regit, agenda & obmittē da demonstrat, sed & gubernaculum est, & per ancipitia fluctuantium dirigit cursum, si ne hac nemo securus est. Innumerabilia accidunt singulis horis, quae consilium exigunt, quod ab hac petēdum est. Diceret aliquis, Quid mihi prodest philosophia si fatum est? quid prodest, si deus rector est? quid prodest, si casus imperat? Nam & mutari cetera nō possunt, & nihil preparari potest aduersus incerta, si aut consilium meum deus occupauit, decreuitq; quid facerem, aut consilio meo nil fortuna permittit. Quicquid est ex his Lucili, uel si omnia hęc sunt, philosophandum est, siue nos inexorabili lege fata cōstituti- gunt, siue arbiter deus uniuersi cuncta disponit, siue casus res hūanas sine ordine impel- lit & iactat, philosophia nos tueri debet. Hęc adhortabitur, ut deo libetere pareamus, ut fortunae contumaciter resistamus, hęc docebit ut deum sequaris, feras calum. Sed nō est nunc in hanc disputationem transeundum. Quid sit iuris nostri, si prouidentia in impe- rio est, aut si factorum series illigatos trahit, aut si repentina, aut subita dominatur, illo nūc reuertitur, ut te moneam & exhorter, ne patiaris animi tui impetū delabi, & refrigerescere. Constitue illum & contine, ut habitus animi fiat quod est impetus. Iam ab initio, si bene te noui, circūspicies quid hęc epistola munusculi attulerit, excute illā & inuenies. Nō est quod mireris animum meū, adhuc de alieno liberalis sum. Quare aut alienum dixit? quicquid bene dictum est ab ullo, meum est. Sic quoq; quod ab Epicuro dictū est. Si ad naturam uiues, nunq; eris pauper. Si ad opinionem, nunq; eris diues. Exiguam natura de- syderat, opinio immensum. Congeratur in te quicquid multi locupletes possederūt, ul-

fast & mi-
nus grat⁹

fast laeditur

fast noctes
fast cibum.

fforte sa-
liaris.

fast credul-
tate

De alieno
liberalis sū

tra priuatum pecuniae modū fortuna te prouehat, auro tegat, purpura uestiat, & eo delitium opumque perducatur, ut terram marmoribus abscondas, & non tantum habere tibi liceat, sed calcare diuitias. Accedant statuae & picturae, & quicquid ars ulla luxuria elaborauit, maiora cupere ab his discas. Naturalia desyderia finita sunt, ex falsa opinione nascuntia, ubi desinant, non habent, nullus enim terminus falso est, uia eunti aliquid extremus est, error immensus est. Retrahe te a uanis, & cum uoles scire quod petis, utrum naturalem habeat, an caecam cupiditatem, confydera an possit alicubi consistere. Si longe progressio, semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse. Vale.

EPISTOLA. XVII. Quomodo ad philosophiam tendenti paupertas expediatur.

Proice omnia ista, si sapias, immo ut sapias, & ad bonam mentem magno cursu ac totis uiribus tende. Siquid est quo teneris, aut expedi, aut incide. Moras, inquis, me res familiaris, sic illam disponere uolo, ut sufficere uolenti agenti possit, ne aut paupertas mihi oneri sit, aut ego alicui. Cum haec dicis, non uideris uim ac potentiam eius de quo cogitas boni nosse, & summam quidem rei non prouides quantum philosophia proferat. Partes autem nondum satis subtiliter dispicias, nec diuisas quantum ubique nos adiuuet, quemadmodum in maximis (ut Ciceronis utar uerbis) optules, & in minima descendat. Mihi crede, aduoca illum in consilium, suadebit tibi, ne ad calculos sedas, Nempe hoc quaris, & hoc ista dilatione uis consequi, ne tibi paupertas timeida sit. Quid si appetenda sit: multis ad philosophiam obstitere diuitiae, paupertas expedita est, secura est. Cum classicum cecinit, scito non se peti, cum aliqua conclamatio est, quomodo exeat, non quid efferat, quare, aut si nauigandum est, non praestrepit portus, nec unius comitatu in locata sunt littora, non circumstat illum turba seruorum, ad quos pascendos transmarinarum regionum est optanda fertilitas, facile est pascere paucos uentres, & bene institutos, & nihil aliud desyderantes, quam impleri. Paruo fames constat, magno fastidium, paupertas contenta est desyderijs satisfacere. Quid est ergo: quare tu haec recuses cotubernalē, cuius mores sanus diues idē sapiēs imitatur? Si uis uacare aio, aut pauper sis, oportet, aut pauperi similis. Non potest studiū salutari fieri sine frugalitatis cura, frugalitas autem paupertas uoluntaria est. Tolle itaque has exultationes, quantum lat est nondum habeo, si ad illam summam peruenero, tunc me totum philosophiae dabo. Atqui nihil prius quam hoc parandum est, quod tu differs, & post caetera paras, ab hoc incipiendum est. Parare, inquis, unde uiuam uolo, simul & parare discere. Siquid te uetat bene uiuere, bene mori non uetat. Non est quod paupertas nos a philosophia reuocet, ne aegestas quidem, toleranda est enim ad hoc properantibus, uel fames quam tolerauerit quidam in obsidionibus, & quod aliud erat illius patientiae praemium, quam in arbitrium non cadere uictoris: quanto hoc maius est quo promittitur perpetua libertas, nullius nec hominis, nec dei timor. Equidem uel esurienti ad ista ueniendum est. Perpeffi sunt exercitus inopia omnium rerum, uixerunt herbarum radicibus, & dictu foedam tulerunt famem. Haec omnia passii sunt pro regno (quo magis mireris) alieno. Dubitabit aliquis ferre paupertatem, ut animum furoribus liberet: Non est ergo prius acquirendum, licet ad philosophiam etiam sine uiatico peruenire. Ita est cum omnia habueris, tunc & sapientia habere uoles, haec erit ultimum uitae instrumentum, & (ut ita dicam) additamentum. Tu uero siue aliquid habes, iam philosophare. Vnde enim scis, an iam minus habeas, siue nihil: hoc prius quare quam quicquam. At necessaria decerunt. Primum deesse non poterunt, quia natura minimum petit. Naturae autem se sapiens accommodat. Sed si necessitates ultimae inciderint, iam dudum exiliet et uita, & molestus sibi esse desinet. Si uero exiguum fuerit & angustum, quo possit uita produci, id boni consulat, nec ultra necessaria sollicitus, aut anxius, uentri & scapulis suum reddet, & occupationes diuitum concursationeque ad diuitias euntium, securus letusque ridebit, ac dicet, quid in legum ipse te differs, expectabis ne fornoris quaesitum, aut ex mercede compendium, aut tabulas beati senis, cum fieri possit ita diues: Representat opes sapientia, quas quicumque fecit superuacuas, dedit, haec ad alios pertinent, tu locupletibus propior es. Saeculum muta, nimis habes, id est, omni faculo quod sat est. Poteram hoc loco epistolam claudere, nisi te male instituissem. Reges Parthosque

Parthos non potest quisque salutare sine munere, tibi uale dicere non licet gratis. Quid istic ab Epicuro mutuum sumam: Multis parasitae diuitias, non finis miseriarum fuit, sed mutatio, nec hoc miror. Non est enim in rebus uitium, sed in ipso animo. Illud quoque quod paupertatem nobis grauem fecerat, & diuitias graues fecit, quemadmodum nihil differt, utrum agrum in ligneo lecto, an in aureo colloces, quocumque illum transtuleris, morbum suum secum transferret. Sic nihil refert, utrum animos aeger in diuitijs, an in paupertate ponatur malum suum, illum sequitur. Vale.

EPISTOLA. XVIII. Quod sine luxuria dies festus agi debet, & de paupertate ultro petenda, & qualiter immodica ira gignit infaniam.

December est mensis, quo maxime ciuitas desudat, ius luxuriae publice datum est, ingenti apparatu sonant omnia, tanquam quicquam inter Saturnalia non intersit, & dies erum agendarum. Adeo nihil interest, ut non uideatur mihi errasse, qui dixit olim memem decembrem fuisse, nunc annum. Si te hic haberem, libenter tecum conferrem, quid existimares esse faciendum, utrum nihil ex quotidiana consuetudine mouendum, an ne dissidere uideremur cum publicis moribus: & hilarius cenadum & exuendum togam. Nam quod fieri nisi in tumultu & tristis tempore ciuitatis non solum bat, uoluptatis causa ac festorum dierum uestem mutauimus. Si te bene noui arbitri partibus functus, nec per omnia nos similes esse pileatae turbae uoluisses, nec per omnia disti miles, nisi forte his maxime diebus animo imperandum est, ut tunc uoluptatibus solus abstineat, cum in illas omnis turba procubuit. Certissimum argumentum firmitatis suae capit, si ad blanda & in luxuriam trahentia nec sponte it, nec adducitur. Hoc multo fortius est ebrius, ac uomitante populo, siccum ac sobriuum esse. Illud temperatius non exerce pere se, nec insigniti, nec misceri omnibus, & eadem, sed non eodem modo facere. Licet enim sine luxuria agere festum diem. Caeterum adeo mihi placet tentare animi tui firmitatem, ut ex praepcepto magnum uirorum tibi quoque praecipiam. Interponas aliquot dies, quibus contentus minimum ac uillissimo cibo, dura atque horrida ueste, dicas tibi hoc est, quod timebatur, in ipsa securitate animus ad difficilia se praeparet, & contra iniurias fortuna, inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit sine ullo hoste, uallum iacit & superuacuo labore laxatur, ut sufficere necessario possit. Quae in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerceas, hoc secuti sunt, qui omnibus mensibus paupertatem imitati, prope ad inopiam accesserunt, ne unquam expauescerent, quod saepe didicissent. Non est nunc quod existimes me dicere te admoueas, cenas, & pauperum cellas, & quicquid aliud est, per quod luxuria diuitiarum tedio ludat. Grabatus ille ferus sit, & sagum & panis durus ac sordidus, hoc triduo, & quadriduo ser, interdum pluribus diebus ut non lusus sit, sed experimentum. Tunc mihi crede Lucili exultabis, dispondio satur, & intelliges ad saturitatem non opus esse fortuna, hoc enim quod necessitati sat est, debet etiam irata. Non est tamen quare tumultum tibi facere uidearis, facies enim quod multa milia pauperum faciunt, illo nomine te suscipe, quod facies non coactus, tam facile erit tibi illud pati semper, quam aliquando experiri. Exerceamur ad paululum, & ne imparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus, si scierimus quam non sit graue pauperes esse. Certos habebat dies ille magister uoluptatis Epicurus, quibus maligne fame extingueret, uisurus an aliquid deesset ex plena & consummata uoluptate, & quantum deesset, & an dignum, quod quis magno labore pensaret, hoc certe in his epistolis ait, quas scripsit Carino, de magistratu ad Polyenum. Et quidem gloriatur, non toto asse pasci Metrodorum, qui nondum tantum profecerit. Toto in hoc tu uictu saturitatem putas esse: uoluptas est. Voluptas autem est non illa leuis & fugax, & subinde reficienda, sed stabilis & certa. Non enim horrida res est aqua & polenta, aut frustum hordeacei panis, sed summa uoluptas est, posse capere etiam ex his uoluptate, & ad id se reduxisse, quod eripere nulla fortuna iniquitas possit. Liberiora sunt alimenta carceris, sepositos ad capitale supplicium, non tam angustus qui occisurus est pascit. Quanta est animi magnitudo, ad id sua sponte descendere, quod nec ad extrema quidem, decretis timendum sit, hoc est praecipuare tela fortuna. Incipe ergo mi Lucili sequi horum consuetudinem, & aliquos

dies destina, quibus secedas a tuis rebus, minimoq; te facias familiarem, incipe cum pau-
pere habere commercium. Auide hospes cōtemnere opes, & te quoq; dignum finge deo.
Nemo alius est deo dignus, q̄ qui opes contempnit, quarum possessione tibi non inter-
dico, sed efficere uolo, ut illas intrepide possideas, quod uno consequeris modo, si te etiā
sine illis beate uicturum persuaseris tibi, si illas tanq̄ exituras semper aspexeris. Sed iam
incipiamus epistolam complicare. Prius, inquis, redde quod debes, delegabo te ad Epi-
curum ab illo fiet remuneratio. Immodica ira gignit infaniam, hoc q̄ uerū sit, necesse est
scias. Cum habueris seruum & inimicum in omnes personas hic exardescit affectus, tam
ex amore nascit, q̄ ex odio, nō minus inter serua q̄ inter lufus & iocos. Nec interest ex q̄
magna causa nascatur, sed in qualem perueniat animū. Sic ignis nō refert q̄ magnus, sed
quo incidat, nam etiam maximū solida non receperunt, rursus arida & cōburi facilia scin-
tillam quoq; fouent usq; in incendium. Ita est mi Lucili ingentis irā exitus, furor est, &
ideo ira uitanda est, non moderationis causa, sed sanitatis. Vale.

EPISTOLA. XIX. De secessu in ocium, & de perplexitate concathenātium, seu
cupiditate uitanda, & de coena cum amico habenda.

EXulto quotiens epistolas tuas accipio, implent enim me bona spe, iam non pro-
mittunt de te, sed spondent. Ita fac oro atq; obsecro, quid enim habeo melius, q̄
amicum rogem, q̄ pro ipso rogaturus sum. Si potes, subduc te istis cogitatio-
nibus, si minus, eripe. Satis multum temporis sparsimus, incipiamus in senectū-
te uasa colligere, nūquid inuidiosum est: in freto uiuimus, moriamur in portu. Neq; ego
suaserim tibi, nomen ex ocio petere, quod nec iactare debes, nec abscondere. Nunq̄ em
usq; eo te abigam generis humani furore damnato, ut latebram tibi aliqua parari, & obli-
uionem uelim. Id age, ut oculi tuū non emineat, sed appareat. Deinde uidebunt te isti, q̄
bus integra sunt & propria consilia, an uelint uitam per obscurum transmittere, tibi libe-
rum non est. In medium te protulit ingenij uigor, scriptorum elegantia, clare & nobles
amicitia. Tanta noticia te inuasit, ut licet in extrema mergaris, ac penitus recondaris, ta-
men priora te monstrabūt, tenebras habere non potes. Sequetur pristina lucis multus,
quocunq; fugeris, quiete potes uendicare, sine ullius odio, sine desyderio, aut morsu ani-
mi tui. Quid enim relinques, quod inuitus relictum a te possis cogitare: clietes, quorum
nemo te ipsum sequitur, sed aliquid ex te amicos: olim amicitia petebatur, nunc praeda.
Mutabunt testamenta destituti senes: migrabit ad aliud limen saluator: non potest par-
uo res magna constare. Aestima utrum te relinquere, an aliquid ex tuis malis. Utinam ti-
bi qdē senescere contigisset intra natalium tuorū modum, nec te in altū fortuna misisset.
Tulit te longe a conspectu uitae salubris, rapida felicitas, prouincia & procuratio, & quic-
quid ab istis promittitur. Maiora deinde officia te excipient, & ex alijs alia. Quis exitus
erit: quid expectas donec desinas habere quod cupias: nunq̄ erit tempus. Qualem di-
cimus esse seriem causarum, ex quibus nascitur fatum, talem dicimus esse cupiditatem, al-
tera ex sine alterius nascitur. In eam dimissus es uitam, quae nunq̄ tibi miseriarum termi-
num, ac seruitutis ipsa factura sit. Subduc ceruicem iugo, semel illam incidi, q̄ semper
praemi satius est. Si te ad priuata retuleris, minora erunt omnia, & assatim implebūt. At
nunc plurima & undiq; ingesta nō satiant, utrum autem mauius ex inopia saturitate, an in
copia famem: Et auida felicitas est, alienae auiditati exposita. Quādiu tibi satis nihil fue-
rit, ipse alijs non eris. Quomodo, inquis, exibo: ut cunq; Cogita q̄ multa temere pro pe-
cunia, q̄ multa laboriose pro honore tentaueris, aliquid & pro ocio audendum est. Aut
in ista sollicitudine procurationū, & deinde urbanorum officiorum senescendum in tu-
multu, ac semper nouis fluctibus, quos effugere nulla modestia, nulla uita quiete cōtin-
git, quid enim ad rem pertinet: an tu quiescere uelis, fortuna tua non uult. Quid si illi eti-
am nunc promiseris crescere: quantum ad successum accesserit, accedet & metus. Volo
tibi hoc loco referre dictum Meoenatis, uera in ipso eculeo docuit. Ipsa em altitudo at-
tonat summa. Si quaris, in quo libro dixerit: in eo qui Prometheus inscribitur, hoc uoluit
dicere, attonita habet summa. Est ergo tanti ulla potentia, ut sit tibi tam ebrius sermo.
Ingeniosus ille uir fuit, magnum exemplum Romanae eloquentiae daturus, nisi illi enet
uasset fe

fforte de
itis

uasset felicitas, immo castrasset. Hic te exitus manet, nisi iam contrahas uela, nisi (quod il-
le sero uoluit) terram leges. Poteram tecum & hac Meoenatis sententia parem facere ra-
tionem. Sed mouebis mihi controuersiam si te noui, nec uoles quod deo in aspero &
probo accipere, ut te res habet, ab Epicuro uersura faciendis est. Ante, inquit, circūspicien-
dum est, cum quibus edas & bibas, q̄ quid edas & bibas. Nam sine amico uisceratio, leo-
nis ac lupi uita est, hoc non continget tibi, nisi secesseris, alioquin habebis cōuiuas, quos
ex turba salutantium nomenclator digesserit. Errat autem qui amicū in atrio quarit,
in conuiuio probat, nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis suis obfessus
q̄ quod amicos sibi putat, quibus ipse non est, quod beneficia sua efficacia iudicat, ad cō-
ciliandos amicos, cum quidam, quo plus debent, magis oderint. Leue ac alienum debi-
torem facit, graue inimicum, quid ergo. Beneficia non parant amicitias: parāt, si acceptu-
ros licuit eligere, si collocata, non sparsa sunt. Itaq; dū incipis esse mentis tuae, interim hoc
consilio sapientium utere, ut magis ad rem existimes pertinere quis, q̄ quod acceperit.
Vale.

Libri secundi epistolarum finis.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM LIBER TERTIVS.

EPISTOLA. XX. De concordia doctrinae cum uita, & de inaequalitate ui-
tanda, & de paupertatis beneficio, & quod magnus est, qui in diui-
tijs pauper est, sed securior qui caret eis.

SI uales & te dignum putas, qui aliquādo fias tuus, gaudeo. Mea gloria erit,
si te istinc ubi sine spe exeundi fluctuaris, extraxero. Illud autem mi Lucili
te rogo atq; hortor, ut philosophiam in praecordia ima demittas, & experi-
mentum tui profectus capias, non oratione nec scripto, sed animi firmita-
te, & cupiditatum diminutione, uerba rebus proba. Aliud propositum est
declamantibus, & assensionem coronae captantibus. Aliud his qui iuuenum & ociosorum
aures disputatione uaria, aut uolubili, detinent. Facere docet philosophia, non dicere, &
hoc exigit, ut ad legem suam quisq; uiuat, ne orationi uita dissentiat, ut ipsa inter se uita
unius sine omnium actionum dissensione, coloris sit. Maximum hoc est, & officium sapie-
ntiae & indicium, ut uerbis opera concordent, ut ipse ubiq; par sibi idēq; sit. Quis hoc pra-
stabit: Pauci, aliqui tamen. Est difficile hoc, nec dico sapientem semper uno iturum gra-
du, sed una uia. Obserua itaq; nunquid uestis tua domusq; dissentiant. Nunquid in te sit
beralis sis, in tuos fordidus. Nunquid coenes frugaliter, aedifices luxuriose. Vnam semel
ad quam uiuas regulam prende, & ad hanc omnem uitam tuam exequa. Quidam se do-
mū contrahunt, dilatant foris & extendunt, uitium est haec diuersitas, & signum uacillan-
tis animi, ac nondum habentis tenorem suum, etiam nunc dicam unde sit ista inconstan-
tia, & dissimilitudo rerum consiliorumq;. Nemo proponit sibi quid uelit, nec si proposu-
it, perseverat in eo, sed trasilit, nec tantum mutat, sed reditur, & in ea quae deseruit ac dā-
nauit, reuoluitur. Itaq; ut relinquam definitiones sapientiae ueteres, & totum complectar
humanam uitam modum, hoc possum contentus esse, quid est sapientia: Semper idem ueli-
te atq; idē nolle, licet illa exceptiuncula non adiciā, ut rectum sit quod uelis, non potest
cuiq; semper idem placere, nisi rectum. Nesciunt ergo homines quid uelint, nisi illo mo-
mento, quo uolunt in totum nulli uelle aut nolle decretum est. Variatur quotidie iudici-
um, & in cōtrarium uertitur, atq; a plarūq; agit uita per lufum. Præme ergo quod co-
pisti, & fortasse perduceris, aut ad lummū, aut eo quod summū esse solus intelligas, quid
fiet, inquis, huic turbæ familiarium: turba ista cum a te palci desiderit, ipsa se pascet, aut
quod tu beneficio tuo non potes scire, paupertatis scies, illa ueros certosq; amicos reti-
nebit, dilcedet quisquis non te, sed aliud sequebatur. Non est autem uel ob hoc unum
amanda paupertas, quod a quibus ameris ostēdet. O quando ille ueniet dies, quod nemo
in honorem tuum mentiarur. Huc ergo cogitationes tuae tendant, hoc cura, hoc opta,
omnia alia uota deo remissurus, ut contentus sis temetipso, & ex te nascentibus bonis,
s 4

Uersura fa-
cienda est.

Qua

Quæ potest esse felicitas propior: Redige te ad parua, ex quibus cadere nō possis, idq; libentius facias, ad hoc pertinebit tributum epistolæ huius, quod statim conferam, inuideas licet, etiam nunc libenter pro me dependet Epicurus, Magnificentior (mihi crede) sermo tuus in grabato uidebitur & in panno, non enim dicentur tantum illa, sed probabuntur. Ego certe aliter audio quæ dicit Demetrius noster, cum illum, inquit, uidi nudū quanto minus q̄ in stramentis incubantem, non præceptor ueri, sed reftis est, quid ergo? Num licet diuitias in sinu positas contemneret: quid ni liceat: Et ille ingentis animi est, q̄ illas circumfusas sibi multum diuq; miratus quod ad se uenerit, ridet, suasq; audit magis esse q̄ sentit. Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio. Magnus est ille, qui in diuitijs pauper est. Sed securior, qui caret diuitijs. Nescio, inquit, quomodo iste pauper tatem laturus est, si in illam inciderit, nec scio ego Epicuri angelus, si pauper contempturus sit diuitias, si in illas inciderit. Itaq; in utroq; mens æstimanda est, inspiciendumq; an ille paupertati indulgeat, an hic diuitijs non indulgeat. Alioquin leue argumentū est bonæ uoluntatis grabatus, aut pannus, nisi apparuit aliquē illa non necessitate pati, sed male. Cæterum magnæ indolis est, ad ista non præparare tanq̄ meliora, sed præparari tanq̄ ad facilia, & sunt Lucili facilia. Cum uero multo ante meditatūs accesseris, iucunda quoc; inest illis, sine qua nihil est iucundum, securitas. Necessariū ergo iudico id, quod tibi scripsi, magnos uiros sæpe fecisse, aliquos dies interponere, quibus nos imaginaria paupertate exercemus ad ueram, quod eo magis faciendum est, quo delitij permadimus, & omnia dura ac difficilia iudicamus. Potius excitandus ex somno, & uellicandus est animus, ad monendumq; naturam nobis minimū cōstituisse. Nemo nascitur diues, quisquis exit in lucem, iustus est lacte & panno esse contentus. Ab his iniitjjs nos regna non capiunt. Vale.

EPISTOLA. XXI. Quod tendentem ad philosophiam impedit mundanæ felicitatis falsā æstimatio. Et quod solum studiosum ingenium facit aliquē clarum. Et in omni quod habere cupimus, cupiditatibus detrahendum est.

Cum istis negocium tibi esse iudicas, de quibus scripseras. Maximū negocium tecum habes, tu tibi molestus es. Quid uelis nescis, melius probas honesta, q̄ sequaris. Vides ubi sit posita felicitas, sed ad illam peruenire non audes. Quid sit autem, quod te impediatur, quia parum ipse dispicias dicā. Magna hæc esse existimas, quæ relicturus es, & cum proposuisti tibi illam securitatem, ad quā transitorus es, retinet te huius uita, a qua recessurus es fulgor, tanq̄ in sordida & obscura casurum. Erras Lucili ex hac uita ad illam ascenditur. Quod interest inter splendorem & lucem, cum hæc certam originem habeat, ac suam, ille niteat alieno. Hoc inter hanc uita & illam, hæc quia fulgore extrinsecus ueniente percussa est, crassam illi statim umbram faciet quisq; obstrerit. Illa uero suo lumine illustris est. Studia te tua clarum & nobilem efficiet. Exeplum Epicuri referam, cum Idomeneo scriberet, & illum a uita spinosa, ad fidelem stabilemque gloriam reuocaret, rigida tunc potentia ministrum, & magna tractantē. Si gloria, inquit, tangeris, notiore te epistolæ meæ facient, q̄ omnia ista quæ colis, & propter quæ coleris. Nunquid ergo mentitus est: Quis Idomeneus nosset: nisi Epicurus illum suis literis incidisset. Omnes illos magistratus & satrapas, & Regem ipsum ex quo Idomenei titulus petebatur obliuio alta suppressit, nomē Attici perire Ciceronis epistolæ non sinunt, nihil illi profuisset gener Agrippa, & Tyberius progener, & Drusus Cæsar. p̄mittere, hoc tibi p̄mitto Lucili. Habeo apud posteros gratiā, possum mecum duratura nomina educere. Vergilius noster duobus memoriā æternam p̄misit, & præstat. Fortunati ambo siq; mea carmina possunt. Nulla dies unq; memori uos eximet æuo. Dum domus Aeneæ capitoli immobile saxum, Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit. Quosunq; in mediū fortuna protulit, quicq; mēbra ac partes alienæ potentia fuerant, horum gratia uiguit,

falsi spe
ciosa.

uiguit, domus frequentata est, dum ipsi steterunt, post ipsos cito memoria defecit. Ingeniorum crescit dignatio, nec ipsis tantum honor habetur, sed quicquid illorum memoria ad hæsit, excipitur, ne gratis Idomeneus in epistolam meam uenerit, ipse eam de suo dimittet. Ad hunc Epicurus illam nobilem sententiam scripsit, qua hortatur, ut Pythodeam locupletem non publica, nec accepti uia faciat. Si uis, inquit, Pythodeam diuitem facere, non pecunia adijciendum, sed cupiditatibus detrahendū est, & apertior ista sententia est, q̄ ut interpretanda sit, & disertior q̄ adiuuanda, hoc unū te ad moneo, ne istud tantum existimes de diuitijs dictum, quocunq; transtuleris, idem poterit. Si uis Pythodeam honestum facere, non honoribus adijciendum est, sed cupiditatibus detrahendū. Si uis Pythodeam esse in perpetua uoluptate, non uoluptatibus adijciendum est, sed cupiditatibus detrahendum. Si uis Pythodeam senem facere, & implere uitam, non annis adijciendum est, sed cupiditatibus detrahendū est, has uoces non est quod Epicuri esse iudices, publica sunt, quod fieri in senatu solet, faciendum ego in philosophia quoc; existimo. Cum censuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, iubeo illum diuidere sententiam, & sequor. Pro eo libentius Epicuri egregia dicta cōmemoro, ut isti qui ad illa confugiet, spe mala inducti, qui uelamenta ipsa uitorum uitiorum habituros se existimant, probent quocunq; ierint honeste esse uiuendum. Cum audierint ista, audiēt istic, hortulos & inscriptum hortulis, hospes hic bene manebis, hic summum bonum uoluptas est, paratus erit istius domicilij custos, hospitalis humanus, & te polēta excipiet, & aquam quoc; lar ge administrabit, & dicit, Ecquid bene acceptus es? Non irritat, inquit, hi horuli famē, sed extinguūt, nec maiorem ipsis potionibus sitim faciunt, sed naturali & gratuito remedio sedant. In hac uoluptate consenui, de his tecum desiderijs loquor, quæ consolatio nem non recipiunt, quibus dandum est aliquid ut deficient. Nam de illis extraordinarijs quæ licet differre, licet castigare & opprimere, hoc unum cōmune faciām, ista uoluptas naturalis est, non necessaria, huic nihil debes. Siquid impendis, uoluntariū est, uenter præcepta non audit, possit, appellat, non est tamen molestus creditor, paruo dimittitur, si modo das illi quod debes, non quod potes. Vale.

falsi definit

EPISTOLA. XXII. Quod occupationes consilio relinquendæ sunt, non præcipitanter fugiendæ, & de uaria quiete locorū, & q̄ homines peiores moriunt q̄ nascant.

Iam intelligis educendū esse te, ex istis occupationibus speciosis & malis, sed quomodo id consequi possis quaris, quædam non nisi a præsentem monstrantur. Nō potest medicus per epistolas cibi aut balnei tempus eligere, uena tangenda est. Vetus prouerbium est, Gladiatorem in arena capere consilium, aliquid aduersarij uultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis intuentem monet. Quid fieri soleat, quid oporteat in uniuersum, & mandari potest & scribi. Tale consilium non tantū absentibus, sed etiam posteris datur, illud autem quando fieri debeat, aut quem admodum ex longinquo nemo suadebit, cum rebus ipsis deliberandum est. Non tantum præsentis, sed uigilantis est, occasionem obseruare properantem. Itaq; hanc circumspice, hæc si uideris, prende, & toto impetu, totis uiribus id age, ut te istis officijs exuas. Er quidem quam sententiam feram, attende. Censeo aut ex ista uita tibi, aut e uita exeundum. Sed illud idem existimo, leui eundum uia, ut quod male implicuisti, soluas potius q̄ abrupas, dummodo si alia soluendi ratio non erit uel abrupas. Nemo tam timidus est, ut malit semper pendere, q̄ semel cadere. Interim quod primū est, impedire te noli, cōtentus esto negocijs, in quæ descendisti, uel quod uideri potest maius incidisti. Non est quod ad ulteriora nitaris, aut perdas excusationem, & apparebit te non incidisse. Ista em̄ quæ dici solent, falsa sunt, non potui aliter. Quid si nollem: necesse erat. Nulli necesse est felicitatem cursu sequi, est aliquid etiam si non repugnare subsistere, nec instare fortunæ ferenti. Nunquid offenderis, si in consilium non uenio tantum, sed aduoco? Et quidem prudentiores q̄ ipse sum, ad quos soleo deferre, siquid delibero. Epicuri epistolam ad hanc rem pertinentem legi, Idomeneo quæ scribitur, quem rogat ut quantum potest fugiat & properet, antequam aliqua uis maior interueniat, & auferat libertatem recedenti. Id tamen

Gladiator
in arena cō
siliū capie

Idem tamen subiicit, nihil esse tentandum, nisi cum apte poterit, tempestiveque tentari. Sed cum illud tempus captatū diu uenerit, exiliendum ait. Dormitare de fuga cogitantem uetat, & sperat etiam ex difficillimis salutarem exitum, si nec proferemus ante tempus, nec cessamus in tempore. Puto nunc & Stoicam sententiam quaris, non est quod quisquam illos apud te temeritatis infames, cautiore quod fortiores sunt. Expectas forsitan, ut tibi hæc dicantur? Turpe est cedere oneri, luctari cum officio, quod semel receperis. Non est uir fortis & strenuus, qui laborem fugit, uerum ubi crescit illi animus ipsa rerum difficultate. Dicentur tibi ista, si operæ precium habebit perseverantia, si nihil indignum bono uiro faciendum patiendū erit, alioquin sordido se & contumelioso labore non cōteret, nec in negocijs erit negocij causa, ne illud quidem quod existimas eum facturum faciet, ut ambitiosus rebus implicitus, earum semper æstas ferat. Sed cum uiderit grauiam, in quibus uoluntatur incerta, ancipitia, referet pedem, nec uertet terga, sed sensim recedet in tutum. Facile est autem mihi Lucili occupationes euadere, si occupationū præmia contempseris. Illa sunt quæ nos morantur & detinent. Quid ergo? Tam magnas spes relinquamus? Ab ipsa messe discedamus? Nudum erit latus? Incomitata lectica? Atrium uacuum? Ab his ergo inuiti homines recedunt, & mercedem miseriarum amant, ipsas excreantur. Sic de ambitione, quomodo de amica quaruntur. Id est, si uerum affectum eorum inspicias, non oderunt, sed litigant. Excute istos, qui quæ cupiere deplorant, & de earum rerum loquuntur fuga, quibus carere non possunt. Videbis uoluntariam esse illis in eo moram, quod ægre ferre ipsos, & misere loquuntur. Ita est mihi Lucili, paucos seruitus, plures seruitutē tenent, sed si deponere illam in animo est, & libertas bona fide placuit. In hoc autem unum aduocationem petis, ut sine perpetua sollicitudine id tibi facere contingat. Quid ni te rota cohors Stoicorum probatura sit. Omnes Zenones & Chrylippi moderata, & honesta, & uera suadebunt. Sed si propter hoc tergiversaris, ut circumspicias, quantum feras tecum, & quæ magna pecunia instruas ocium, nunquam exitum inuenies. Nemo cum sarcinis enarrat. Emerge ad meliorem uitam propicijs Dijs, sed non sic, quo modo istis propicij sunt, quibus bono ac benigno uultu mala magnifica tribuerunt, ad hoc unum excusati, quod ista quæ urunt, quæ ex cruciat, optantibus data sunt. Iam imprimebam epistolæ signum, resoluenda est, ut cum solenni ad te munusculo ueniat, & aliquam magnificam uocem secum ferat, & ecce occurrit mihi nescio utrum ueror, an eloquentior, cuius inquis? Epicuri. Adhuc enim alienas sarcinas adoro. Nemo non ita exit e uita tanquam modo intrauerit, quemcumque uis occupa, adolecentem, senem medium, inuenies, æque timidum mortis, æque incium uitæ. Nemo quicquam habet facti, in futurum enim nostra distulimus. Nihil me magis in ista uoce delectat, quam quod exprobratur senibus infantia. Nemo, inquit, aliter, quam quomodo natus est, exit e uita. Falsum est, peiores morimur quam nascimur, nostrum istud non natura uitium est. Illa de nobis conqueri debet, & dicere, quid hoc est? sine cupiditatibus uos genui, sine timoribus, sine superstitione, sine perfidia, ceteris que pestibus, quales intraitis, tales exite, percepit sapiētia, si quis tam securus moritur, quam nascitur, nunc uero trepidamus, cum periculum accessit, non animus nobis, non color constat, lachrymæ nihil profutura cadunt. Quid est turpis, quam in ipso limine securitatis esse sollicitum. Causa autem hæc est, quod inanes omnium bonorum sumus, uitæ desiderio laboramus. Non enim apud nos pars eius ulla subsedit, transmissa est & effluxit. Nemo quam bene uiuat, sed quam diu curat, cum obibus possit contingere, ut bene uiuant, ut diu nulli. Vale.

EPISTOLA. XXIII. De solido & inani gaudio, & de malo uitæ principio.

Putas me tibi scripturū, quam humane nobiscum hyems egerit, quæ & remissa fuit, & breuis, quam malignū uer sit, quam præpostere frigus, & alias ineptias uerba querentium. Ego uero aliquid & mihi & tibi prodesse possit, scribam. Quid autem id erit, nisi ut te exhorter ad bonam mentem. Huius fundamentū quod sit, quaris, ne gaudeas uanis. Fundamentū hoc esse dixi, etiā culmē est, ad summā puenit, quæ scit quo gaudeat, quæ felicitatē suā in aliena potestate non posuit, sollicitus est, & incertus sui, quæ spes aliquid prætat, licet ad manū sit, licet non ex difficultate petat, licet illi nunquam sperata deceperint. Hoc ante oia fac mihi Lucili,

Lucili, disce gaudere, existimas me nunc detrahere tibi multas uoluptates, qui fortunata submoueo, qui sæpe dulcissima oblectamenta deuitanda existimo. Immo contra, nolo tibi unquam deesse laticiam. Volo illam tibi domi nasci, nascitur, si modo intra te ipsum sit. Ceteræ hilaritates non implent pectus, sed frontem remittunt, leues sunt, nisi forte tu tu dicas illum gaudere, qui ridet. Animus debet esse alacer & fidens, & super omnia erectus. Mihi crede, res seuera est uerum gaudium. An tu existimas quæ soluto uultu, & ut isti delicati loquuntur, hilariter oculo mortem contemnere, paupertati domum aperire? uoluptates tenere sub fræno? meditari dolorum patientiam? Hæc qui apud se uersat, in magno gaudio est, sed parum blando. In huius gaudij possessione esse te uolo, nunquam defficiet, cum semel unde petatur inueneris, leuium metallorū fructus in summo est, illa optulentiſſima sunt, quorum in alto latet uena, assidue plenius responsura fodienti. Hæc quibus delectatur uulgus, tenuem habent ac superfluosam uoluptatem, & quodcumque inuentium gaudium est, fundamento caret, hoc de quo loquor, ad quod te conor perducere solidum est, & quod plus pateat introrsus. Facoro te Lucili charissime, quod unum potest te præstare felicem, disſiſce & conculca ista, quæ extrinsecus splendent, quæ tibi promittuntur ab alio, ad uerum bonum specta, & de tuo gaude. Quid est autem hoc de tuo? Te ipso & tui optima parte. Corpusculum quoque etiam si nihil fieri sine illo potest, magis necessariam re crede, quam magnam. Vanas suggerit uoluptates, breues, poenitendas, ac nisi magna moderatione temperentur, in contrarium abituras. Ita dico in præcipiti uoluptas ad dolorem uergit, nisi modum teneat. Modum autem tenere in eo difficile est, quod bonum esse credideris. Viri boni auiditas tuta est. Quid sit istud interrogas, aut unde subeat? dicam, ex bona conscientia, ex honestis consilijs, ex rectis actionibus, ex cōtempnentis uitam. Nam illi qui ex alijs propositis in alia transfilerint, aut ne transfiliunt quidem, sed casu quodam transmittuntur, quomodo habere quicquam certum mansurum uel possunt, suspensū & uagū. Præcipit tibi consilio se suaque disponant, ceteri eorum more qui fluminibus innatant, non eunt, sed feruntur. Ex quibus alios leuior unda detinuit, ac mollius uexit, alios uehementior rapuit, alios proxima ripa, cursu languescente deposuit, alios torrens impetus deiecit in mare. Ideo constituentium est quid uelimus, & in eo perseverandū. Hic est locus soluendi aris alieni, possum enim uocem tibi Epicuri tui reddere, & hanc epistolam liberare. Molestū est semper uitam inchoare, aut si hoc modo magis sensus potest exprimi, male uiuunt, qui semper uiuere incipiunt. Quare, inquis? deſyderat enim explanationem ista uox. Quia semper illis imperfecta uita est. Non potest autem stare paratus ad mortem, quod non incipit uiuere. Id agendum est, ut satis uiixerimus. Nemo hoc putat, qui orditur maximam uitam. Non est quod existimes paucos esse hos, prope modum omnes sunt. Quidam uiuere tunc incipiunt, cum delinendum est, si hoc iudicas mirum, ad iſciam quod magis admireris. Quidam ante uiuere deſierunt, quam inciperent. Vale.

EPISTOLA. XXIII. de præmeditatione futurorum periculorum, & de non timenda morte, & de non inconsulte animum inclinando.

Sollicitum te esse scribis de iudicij euentu, quod tibi furor inimici denūciat, & existimas me suaturum, ut meliora tibi ipsi proponas, & acquiescas spei blanda. Quid enim necesse est mala accerere, & satis cito patienda cum uenerint, præsumere, ac præsens tempus futuri metu perdere, est sine dubio stultū, quia quandoque sis futurus miser, esse iam miserum. Sed ego alia te ad securitatem uitæ ducam, si uis omnem sollicitudinem exuere, quicquid ueris ne eueniat, euenturum utique proponere, & quodcumque illud est malum tecum ipse metire, ac timorem tuum taxa, intelliges profecto aut non magnum, aut non longum esse quod metuis, nec diu exempla quibus confirmaris, colligenda sunt. Omnis illa ætas tulit, in quamcumque partem rerum, uel ciuiliū, uel externarum memoriam miseris, occurrent tibi ingenia, aut profectus, aut impetus magni. Nunquid accidere tibi si damnaris potest durius, quam ut mitaris in exilium? ut ducaris in carcerem, nunquid ultra quicquam corpori timendum est, quam ut uratur? quam ut pereat, singula ista constitue, & contemptores eorum cita, qui non querendi, sed eligendi sunt. Damnationem suam Rutilius sic tulit, tanquam nihil illi molestum esset aliud, quam quod male iudicaret.

Exiliū

Exilium Metellus fortiter tulit. Rutilius etiam liber. Alter ut rediret Reipu. praestitit. Alter reditum suum Syllae negavit, cui nihil tunc negabatur. In carcere Socrus disparta uir, & exire (cum essent qui promitteret fugam) noluit, remansitque, ut duarum rerum grauissimum hominibus metum demeret, mortis & carceris. Mutius ignibus manum imposuit. Acerbum est uiri, quanto acerbius, si id te faciente patiaris. Vides hominem non eruditum, nec ullis praecipis contra mortem, aut dolorem subornatum, militari tantum robore instructum, poenas a se irriti conatus exigentem, spe cator distillantem in hostili foveculo dextra stetit, nec ante remouit nudis ossibus fluentem manum, quam ignis illi ab hoste subductus est. Facere aliquid in illis castris felicitas potuit, nihil fortius. Vide quanto acrior sit ad occupanda pericula uirtus, quam crudelitas ad irroganda. Facilius Porfenna Mutio ignouit, quem uoluerat occidere, quam sibi Mutius quod non occiderit, decantata, inque, in omnibus scholis fabulae istae sunt. Iam mihi cum ad contemnendam mortem uentum fuerit, Catonem narrauis. Quid ni ego narrem? Ultima illa non est Platonis librum legentem, posito ad caput gladio, duo haec in rebus extremis instrumenta prospexerat, alterum ut uellet mori, alterum ut posset. Compositis ergo rebus, utique componi fracta atque uel timere poterat, aut agendum existimauit, ne cui Catonem aut occidere liceret, aut seruare contingeret, & stricto gladio, quem usque in illum diem ab omni caede purum seruauerat, Nihil, inquit, egisti fortuna omnibus conatibus meis obstado, non pro mea adhuc, sed pro patriae libertate pugnaui, nec agebam tanta pertinacia ut liber, sed ut inter liberos uiuerem, nunc quoniam deploratae sunt res generis humani, Cato deducatur in tutum. Impiis sit deinde mortiferum corpori uultus, quo obligato a medicis, cum minus sanguinis haberet, minus uirium animi. Idem iam non tantum Caesari, sed sibi iratus nudas in uulnus manus egit, & generosum illum contemptoremque omnis potentiae spiritum non emisit, sed eiecit. Non in hoc exempla haec nunc congero, ut ingenium exerceam, sed ut te aduersus id quod maxime terribile uidetur, exhorter. Facilius autem exhortabor, si ostendero non tantum fortes uiros hoc momentum efflandae animae contempsisse, sed quosdam ad alia ignauos, in hac re aequasse animam fortissimorum, sicut illum Cnei Pompeii socerum Scipionem, qui contrario in Africam uento relatus, cum teneri nauem suam uidisset ab hostibus, seruo se transuerberauit, & quarentibus ubi Imperator esset. Imperator, inquit, bene se habet, uox haec, illi parum maioribus fecit, & fatale Scipionibus in Africa gloriae non est interrumpti passa. Multum fuit Carthaginensium uincere, sed amplius morte Imperator, inquit, bene se habet. An aliter debebat Imperator equidem, Catonis mori? Non reuoco te ad historias, nec ex omnibus saeculis contemptores mortis (qui sunt plurimi) colligo. Respondeo ad haec nostra tempora, de quorum languore ac delictis quaerimus. Omnis ordinis homines succurrent, omnis fortunae, omnis aetatis, qui mala sua morte praeciderunt. Mihi crede Lucili, adeo mors timenda non est, ut beneficio eius nihil antefendum. Securus itaque inimici minas audi, & quamuis conscientia tua tibi fiduciam faciat, tamen quia multa extra causam ualent, & quod aequissimum est spera, & ad id te quod est iniquissimum, compara. Illud autem ante omnia memento, demere rebus tumultum, ac uide quid in quacumque re sit, scies nihil esse in istis terribile, nisi ipsum timorem. Quod uides accidere pueris, hoc nobis quoque maiusculis pueris euenit. Illi quos amant, quibus assueuerunt, cum quibus ludunt, si personatos uident, expauescunt, non hominibus tantum, sed & rebus ploranda demenda est, & reddenda facies sua. Quid mihi gladios & ignes ostendis, & turbam carnicum circa te frementium? Tolle istam pompam, sub qua lates, & stultos teritis, mors est, quam nuper seruus meus, quam ancilla contempsit. Quid tu rursus mihi flagella & eculeos magno apparatu explicas? Quid tu singulis articulis, singulae machinamenta, quibus extorqueantur aptas, & mille alia instrumenta exarificandi particulatim hominis? Pone ista quae nos obstupesciunt, iube conticescere gemirus & exclamationes, & uocum inter lacerationem elisarum acerbitate. Nempe dolor est quem podagricus ille contemnit, quem stomathicus ille in ipsis delictis perfert, quem in puerperio puella perpetitur, leuis est si ferre possum, breuis est si ferre non possum. Haec in animo uoluta, quae saepe audisti, saepe dixisti, sed an uere audieris, an uere dixeris, effectus proba. Hoc enim turpissimum est, quod nobis obijci solet, uerba nos philosophiae, non opera tractare. Quid

falsi praeparata.

falsi stomachici.

tu nunc primum tibi mortem imminere scisti, nunc dolorem? In hac natura es, quicquid fieri potest, quasi futurum cogitemus, quod facere te moneo, sed scio te certe fecisse. Nunc admoneo, ut animum tuum non mergas in istam sollicitudinem. Habetabitur enim & minus habebit uigoris cum exurgendum erit, adhuc illum a prima causa ad publicam, dic mortale tibi, & fragile corpusculum esse, cui non ex iniuria tantum, aut ex potentioribus uiribus denunciabitur dolor, sed ipsa uoluptates in tormenta uertuntur. Epulae cruditates afferunt, ebrietates neruorum, torporem, tremoremque, libidines pedum, manuum, articularum omnium deprauationes. Pauper fiam? Inter plures ero, exul fiam? Ibi me natum putabo, quo mittar. Alligabor? Quid enim? Nunc solutus sum? ad hoc me natura graue corporis mei pondus atrinxit. Moriar? hoc dicis, desinam cantilenam hoc loco persequar, & dicam, uanos esse inferorum metus, nec Ixionem rota uolui, nec saxum humero Sisyphi trudi in aduersum, nec ullius uiscera, & renasci posse quotidie, & carpi. Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat, & tenebras, & larualium habulum nudis ossibus cohaerentium. Mors nos aut consumit, aut eximit. Emisissis meliora restant onere detracto, consumptis nihil restat, bona pariter malaque submota sunt. Permite mihi referre hoc loco tuum uersum, si prius admonero, ut te iudices non alijs scripsisse ista, sed etiam tibi. Turpe est aliud loqui, aliud sentire, quanto turpius, aliud scribere, aliud sentire. Memini te illum locum, aliquando tractasse, non repente nos in mortem incidere, sed minutatim procedere. Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars uitae, & tunc quoque cum crescimus, uita decrescit. Infantiam amissimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam, usque ad hesternum quicquid transiit, temporis perit. Hunc ipsum quem agimus diem, cum morte diuidimus, quem admodum dephidra, non extremum stillicidium exhaurit, sed quicquid ante defluxit, sic ultima hora qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consumat. Tunc ad illam peruenimus, sed diu uenimus. Haec cum descripsisses quo soles ore semper quidem magnus, nunquam tamen acrior, quam ubi ueritati commendas uerba. Dixisti, Mors non ultima uenit, sed quae rapit ultima mors est. Malo te legas, quam epistolam meam. Apparebit enim tibi hanc quam timemus mortem extremam esse, non sola. Video quo spectes. Quare quod huic epistola infulserim, quod dictum alicuius animosum, quod praecipuum utile? Ex hac ipsa materia quae in manibus fuit, mittetur aliquid. Obiurgat Epicurus non minus eos qui mortem concupiscunt, quam eos qui timeant, & ait, Ridiculum est ualde currere ad mortem redio uitae, cum genere uitae, ut currendum esset ad mortem effeceris. Item alio loco dicit, Quid tam ridiculum, quam appetere mortem, cum uitam tibi inquietam feceris metu mortis. His adijcias, & illud eiusdem notae, liquet tantam hominum imprudentiam esse immo dementiae, ut quidam timore mortis cogantur ad mortem. Quicquid horum tractaueris, confirmabis animum, & ne nimis amemus uitam, & ne nimis oderimus, etiam cum ratio suadet finire, sed non temere, nec cum procurso capiendum est impetus. Vir fortis ac sapiens non fugere debet uitam, sed exire, & ante omnia ille quoque uirtetur affectus, qui multos occupauit, libido scilicet moriendi. Est enim mihi Lucili, ut ad alia, sic etiam ad moriendum inconlulta animi inclinatio, quae saepe generosos atque accerrimos indolis uiros corripit, saepe ignauos iacentesque. Illi contemnunt uitam, hi grauantur. Quosdam subito ipsa impellente philosophia, dum dicimus, quousque eadem? Nempe expersiscar, dormiam, fatiabor, eluriam, albebo, aestuabo, nullius rei finis est, sed in orbem nexa sunt omnia, surgunt ac sequuntur diem nox praemittit, dies noctem, aestas in autumnum definit, autumnus hiems instat, quae uere compefcitur. Omnia transeunt, ut reuertatur. Nihil noui uideo, nihil noui facio, sit aliquando & huius rei nauis, multi sunt, qui non acerbum iudicet uiuere, sed superuacuum. Vale.

EPISTOLA XXV. De corrigendis & non inueterandis uitijs. Et de imaginaria boni uiri praesentia.

Ixion Sisyphus

alio comoda

Eiusdem notae

Quod ad duos amicos nostros ptinet, diuersa uia eundem est, alterius enim uita emendanda, alterius frangenda sunt, utar libertate tota, non amo illum nisi offendere. Quid ergo, inquis? Quadragenarium pupillum cogitas sub tutela tua continere. Respice aetatem eius iam duram & intracabilem, non potest reformari, tenera fingunt, an profecturus sim nescio, malo successum mihi, quam fidem deesse, nec despera ueris, etiam diutinos aegros posse sanari, si contra intemperantiam steteris, si multa in uitos & facere coegeris & pati. Nec de altero quidem satis fiducia habeo, excepto eo qui adhuc peccare erubescit, nutriendus est hic pudor, qui quod diu in animo est durauerit, aliquid erit bonae spei locus. Cum hoc ueterano partius agendum puto, ne in desperationem sui ueniat, nec ullum tempus aggrediendi melius fuit, quam hoc fuerat dum interq̄scit, dum emendato similis est, alij haec intermissio ei? imposuit, mihi uerba non dat, expecto cum magno foenore uita reditura, quae nunc scio cessare, non deesse. Impendenda huic rei dies, & utrum possit aliquid agi, an non possit, experiar. Tu nobis te ut facis forte praestata, & sarcinas contra, he, nihil ex his quae habemus necessarium est, ad legem naturae reuertamur, diuitias paratae sunt, aut gratiuit est quo agemus, aut uile. Panem & aquam naturae desiderat, nemo ad haec pauper est, intra quae quilibet de se deriuum suum claudit, cum ipso loue de felicitate contendat, ut ait Epicurus, cuius aliquam uocem huic epistola inuoluat. Sic fac, inquit, omnia tanquam spectet aliquis. Prodest sine dubio, custodere tibi imposuisse, & habere quae respicias, quae interesse cogitationibus tuis iudices. Hoc quidem longe magnificentius est, sic uiuere tanquam sub alicuius boni uiri, ac semper praesentis oculis. Sed ego etiam hoc contentus sum, ut sic facias quae cumque facies, tanquam spectet aliquis. Omnia nobis mala solitudo pfuadet. Cum iam profeceris tantum, ut sit tibi etiam tui reuerentia, licebit dimittas pedagogum. Interim te aliquorum auctoritate custodi. Aut Cato ille sit, aut Scipio, aut Laelius, aut cui? interuentum, perditur quoque homines uita supprimerent, dum te efficit eum cum quo peccare non audeas. Cum haec effeceris, & aliqua coeperit apud te tui esse dignatio, incipiam tibi pmittere, quod idem suadet Epicurus. Tunc praecipue te ipse secede, cum esse cogers in turba. Dissimile te fieri multis oportet, dum tibi tutum non sit a te recedere. Circumspice singulos. Nemo est cui non fatius sit, cum quolibet esse quam secum. Tunc praecipue in te ipse secede, cum esse rogeris in turba, si bonus uir, si quietus, si temperans uis esse, alioquin in turba tibi a te recedendum est. Istic enim malo uiro propius es. Vale.

EPISTOLA, XXVI. De non accusando defectum naturae, & qualiter boni uiri meritum mors excutiat, & quod egregium sit mortem discere.

Modo dicebam tibi in conspectu esse meae senectutis, iam uereor ne senectute post me reliquerim, aliud tam his annis, huic corpori uocabulum conuenit, quod inania quidem senectus lassae aetatis non fractae nomen est, inter decrepitos numerata, & extremum tangentes, gratias tamen mihi apud te ago. Non sentio in animo aetatis iniuriam cum sentiam in corpore tantum uita, & uitiorum ministeria senserunt, uiget animus & gaudet, non multum sibi gaudet esse cum corpore, magnam partem oneris sui deposuit, exultat, & mihi facit controuersiam de senectute, hunc, ait, esse florem suum, credam? illi, bono suo utatur, ire in cogitatione iuuat, & dispicere quid ex hac tranquillitate ac modestia morum sapientiae debeam, quod aetati, & diligenter excutere quae non possim facere, quae nolum, prosit ne habituro aliquid si quicquid nolum, quicquid non possim, non posse me gauere deo. Quae enim quarela est? quod incommodum? si quicquid debet desinere deficit. Incommodum summum est, inquis, minus & deperire, & ut proprie dicam liquefcere. Non enim subito impulsus ac perstrati sumus, carpimus, singuli dies aliquid subtrahunt uiribus, & quis exitus est melior quam in finem suum natura soluente dilabit? Non quia aliquid mali est ictus, & e uita repetinus excessus, sed quia leuis haec uia est subduci. Ego certe uelut appropinquet experimentum, & ille laturus sententiam de omnibus annis meis dies uenerit, ita me obseruato & alloquor. Nihil est, inquam, adhuc, quod aut rebus, aut uerbis exhibuimus, leuia sunt ista & fallacia pignora animi, multumque inuoluta lenocinijs, quod profecerim, morti crediturus sum. Non timide itaque componor ad illam diem, quo remotis strophis ac fucis, de me iudicaturus sum, utrum loquor fortia an sentiam, nunquid simulatio fuerit, & minus quicquid contra fortunam iactaui uerborum contumaciam. Remoue existimationem hominum, dubia semper est, & in

est, & in partem utraque diuiditur. Remoue studia, totam uitam tracta, mors de te pronunciat, ita dico disputationes & litterata colloquia, & ex praecipis sapientium uerba collecta, & eruditus sermo, non ostendunt uerum robur animi. Est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid ageris, tunc apparebit, cum animam ages. Accipio patienter conditionem humanam, non reformido iudicium. Haec mecum loquor, sed tecum quoque melocutum puta. Iuniores, quid referunt? non dinumerantur anni. Incertum est quo te lo comors expectet. Itaque tu illam omni loco expecta. Finire iam uolebam, & manus expectabat ad clausulam, sed conficienda sunt sacra, & huic epistolae uaticum datum est. Putas me non dicere, unde sumpturus sum mutuus, scis cuius arca utar. Expecta me per silum & de domo fiet numeratio, interim commodabit Epicurus, qui ait. Meditare utrum commodius sit, uel mortem transire ad nos, uel nos ad eam. Hic patet sensus, egregia res est mortem condiscere, superuacuum forsitan putas id discere quo semel utendum est, hoc est ipsum quare meditari debeamus, semper discendum est, quod an sciamus, experiri non possumus, meditare mortem, qui hoc dicit meditari libertatem iubet, qui mori discit, seruire dedit. Supra omnem potentiam est, certe extra omnem, quid ad illum carcer & custodia, & claustra liberum hostium habet. Vna est cathena quae nos alligatos tenet amor uita, quae ut non est abijciendus, ita minuendus est, ut si quando res exiget, nihil nos detineat, nec impediatur, quo minus parati simus, quod quandoque faciendum est, statim facere. Vale.

EPISTOLA, XXVII. De uoluptatis nocimento & uirtutis gaudio, ad quem per externum adiutorium non uenit, & quod nunquam nimis dicere, quod non satis discit.

Tu me, inquis, mones, iam enim te ipse monuisti, iam correxisti, ideo aliorum emendationi uacas. Non sum tam improbus, ut curationes ager obeam, sed tanquam in eodem ualitudinario iaceam, de communi malo tecum colloquor, & media comunico. Sic itaque me audi tanquam tecum loquor, in secretum te meum admitto & te adhibito, mecum exigo, clamo mihi ipse, numera annos tuos, & pudebit eadem uelle, quae uolueras puer, eadem parere. Hoc denique tibi circa diem mortis praestata, moriantur ante te uita. Dimitte istas uoluptates turbidas, magno leuandas, non uenturae tantum, sed praeterita nocent. Quemadmodum scelera etiam si non sunt deprehensa cum fierent, sollicitudo non cum ipsis abijt, ita improbarum uoluptatum, etiam post ipsas poenitentia est, non sunt solidae, non sunt fideles, etiam si non nocent fugiunt. Aliquod potius bonum mansurum circumspice, nullum autem est, nisi quod animus ex se sibi inuenit. Sola uirtus praestat gaudium perpetuum, securum, etiam si quid obstat nubium modo interuenit, quae infra feruntur, nec unquam diem uincunt. Quando ad hoc gaudium peruenire contingeret? Non quidem cessatur adhuc, sed festinatur, multum restat operis in quod ipse necesse est uigiles, ipse laborem tuum impendas. Si efficit cupis, delegatione res ista non recipit. Aliud litterarum genus adiutorium admittit. Caluissius Sabinus memoria nostra fuit diues, & patrimonium habebat liberum & ingenuum, nunquam uidi hominem beatum in decentijs, huic memoria tam mala erat, ut illi modo nomen Vlyssis excideret, modo Achilles, modo Priami, quos tam bene nouerat, quam pedagogos nostros nouimus. Nemo uerulus nomenclator qui nomina non reddit, sed imponit tam prope rante, quam ille Troianos & Achiuos per salutabat. Nihilominus eruditus uolebat uideri. Hanc itaque compendiarum excogitauit, magna summa emit seruos, unum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum, nouem praeterea Lyricis, singulos assignauit, magno emisse illum non est quod mireris, non inuenerat faciendos, sed locauit. Postquam haec familia illi comparata est, cepit conuiuas suos inquietare, habebat ad pedes hos, a quibus subinde cum peteret uersus quos referret, saepe in medio uersus excidebat, suauis illi Satellius Quadratus, stultorum diuitum adrosor, & quod sequitur arrisor, & quod duobus his adiunctum est derisor, ut grammaticos haberet anales. Cum dixisset Sabinus, centenis milibus sibi constare singulos seruos. Minoris, inquit, totidem scripta emisisses. Ille tamen in ea opinione erat, ut putaret se scire, quod quicquid in domo sua sciret. Idem Satellius illi hortari cepit, ut lactaretur, hominem agrum, pallidum, gracilem, cum Sabinus respodisset, & quod possum, uix uiuo. Noli obsecro, inquit istuc dicere, Non uides quam multos seruos

t 2 ualentissimos

noia
audq
Sarcinas con
trah.

habemdo

audq

Caluissius
Sabinus